

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive  
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios  
Corpus.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Deo Et Dei Cvltv

**Chamier, Daniel**

**Frankfurt, 1627**

Liber duodecimus, De oecumenico utrum Petrvs fuerit pontifex  
oecumenicus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-914](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-914)

IX. Hæc Bellarminus: sed in utiliter. Nam, ut ad prius respondeam: factor quidem tripla non esse Petro exhibitam potestatem in Ecclesiam, atqueam reliquis: atque hoc esse vitium eius argumentum, quemadmodum plurima inuenire est, tum apud eum, tum apud alios incautius disputara: sed contra tamen sensisse Cyprianum certum est. Credidit enim, tum fuisse datum Petro Episcopatum, cum dictum, *dabo tibi claves regni celorum*. Itaque diserte dixit, tanquam obiciens sibi, *Et quamus Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat.* Vnde patet Cypriano p. suisum fuisse, eam potestatem, que data est, tum Petro, tum reliquis Apostolis post resurrectionem, vnam fuisse atque eandem. Neque vñquam distinxisse, sic ut diceret post resurrectionem aliter datam Petro, alicer reliquis. Ergo potestatem Petro ex mihi repetit ille omnino ab eo tempore, quod resurrectionem praecessit.

X. In altero vero, dico Bellarmi nūm sumere falso, à Cypriano postea ostendit, qua ratione ab uno Petro exordium fieri. Sunt enim illa de sole, fonte, radii &c. non continuatio primi argumenti: sed novi explicatio. Variā enim colligit: primum, hoc nostrum ab exordio Ecclesie, & vna Petri Cathedra. Secundum ex Cantico canticorum, *Vna est columba mea*. Tertium ex 4 ad Ephesios, *Vnum corpus & unus spiritus*. Quartum, quod ipse Episcopatus sit unus. Denique similitudinibus illustrat unitatem Ecclesie in multitudinem incremento fecunditatis extendentis: & huc faciunt illa radiorum, ramorum riutorum exempla. Peruerteri tigitur Bellarmi nūm Cypriani mentem, dum eius disputationis seriem confundens, quicquid hoc me nūrum neglectis intermediis, subiicit primo. Considerat autem Ec. Iesum Cyprianus tanquam ἄλογον, cuius quædam quasi particula sunt Ecclesie singulæ: inter se quidem, & distinctæ, & diuīsæ, sed coniunctæ tamen in ipsa Ecclesia Catholice natura, cuius ipsæ participes sunt. Ergo ea Cypriani mens est quam dicebam: subtilior illa quidem quam solidior: sed quæ tamen ad Occumenicum Pontificatum non faciat. Norunt enim omnes, nihil obstat, quominus is qui alteri subditus erat tanquam Episcopo primum creato, cum postmodum sit etiam ipse Episcopus, si illi qui prior est, & honore & potestate æqualis.

XI. Potro, ut ad reliqua transseam, illud etiam falso prolatum: dixisse Cyprianum unitatem Ecclesiae pendere ab unitate cathedrae Petri. Monstrari dicit, non pendere. Nempe hoc volens: eo ipso, quod in exordio vniuersitatis Ch. istius Episcopum constituerit, significare voluisse unitatem Ecclesiae. Haud a iter, ac Isidorus Pelusiota Epistola 10. libri 1. quod primi a Christo vocati discipuli fratres fuerunt, significatum dixit, sed etiam Opus

πολλαὶ εἰδουσαῖς ἀρχαῖς. Κινδύνευσαί τοι δέ τοι πάντα μέτρα, (inquit paulo post) οὐ γάρ τις συγχρηματίας δέ τοι  
Ἐ παντούς φέρεται θεός, ὃν πάντας τούς μερικάτας αὐτῷ ἀδιλλόφες ὑπέβαλλεν.  
Nihil tam gratum Deo, quam charitas: monstrante sapientissimo Seruatore ista:  
tim ab exordio, velle se omnes suos discipulos conciliari tanquam fratres. Vbi  
vides, τὰ κορούκια, & ταῦτα εἰργαζόμενα, codem usurpatā sensu, quo apud Cypria-  
num, exordium, & manifestare, huc monstrare.

XII. Petrum vero esse caput, & originem cunctis, dixit quidem à Cypriano scriptum Roffensis, & confidentissime Pamelius afferuit: sed non demonstravit. Enimvero, quem tandem sperant adeo dementem fore, ut quæ verba sic extant, *Ad veritatem originem non redditur, nec caput queritur*, si significari credat. Petrum omnium originem esse, & caput? Atque Cyprianus nihil voluit aliud, quam ex ipsa Ecclesiæ origine, ac capite, (ut in prouerbio à capiterem arcessere) demonstrati necessarium esse unitatem Ecclesiæ, & propreterea etiam Cathedræ, contra schismaticos. Et sane cur, *reditur*, dixisset? Docet enim causam schismatum, id est, non quare maneat nonnulli in schismate: sed quare ipsa schismata fiunt. At si ea mens esset, quam Papistæ volunt, ne fierent schismata, non redendum esset ad initium, & caput, sed initio, & capiti constanter hærendum. Dixit autem *redendum*, quia etiam ipsis qui sunt in Ecclesia, procul distant ab exordiis Eccl. l. s. Itaque ad exordia *redendum* dicit, id est, posterioribus seculis, quasi reflectenda mentis acies, ut quid ab initio factum sit consideretur. Nam quod in argumentum Pamelius profert verba sequentia, *Probatio est ad fidem facilis compendio veritatis: loquitur Dominus ad Petrum*, siisque explicari vult quod sit illud caput, ridiculum est nugamentum. Ostendi quidem fateor, quod sit caput, quæ origo Ecclesiæ: sed id caput, eamque originem esse Petrum, hoc vero Cyprianus non cogitauit. Analysis est: Si Ecclesia ab initio fuit una: Ergo, & deinceps esse debet una. Probatur antecedens, Si una Cathedra in Ecclesia ab initio constituta est: ergo, Ecclesia ab initio fuit una. Probatur antecedens. Quia soli Petro dictum est à Domino, *Ego tibi dico*, & reliqua.


XIII. Quod superest ex Cypriano, Roffensis mendacium facilius est, & uno verbo expediendum. Nunquam enim illi in mentem venit, singulos Episcopos de Episcopatu Petri, partem duntaxat possidere: sed dixit potius, vnicum Ecclesiae vniuersalis Episcopatum esse ~~ad~~, <sup>ad</sup> cuius à partes singulis, ipso etiam Petro insoli. dum teneatur: sicut alias disputatum nobis est.

FINIS LIBRI V N D E C I M I.

LIBER DV ODECIMVS,  
DE OECVMENICO VTRVM PETRVS  
FVERIT PONTIFEX OECVMENICVS.

## Caput I.

DE PETRI CVM CÆTERIS ÆQUALITATE.



**D**ROLIXE disputantes audiuimus Papistas: nunc breviter Catholicos. Si plures vno sunt summi Apostoli: Ergo Petrus non est Oecumenicus Pontifex. At prius certum. Ergo, & posterius. Consequentia patet: quia Oecumenicus Pontifex solus est summus. At si plures fuerunt inter Apostolos summi, tum profecto Petrus solus non fuit summus: aut si Petrus solus fuit summus, tum reliquorum nullus fuit summus. Et sane si Petro suberant reliqui (suberant autem si fuit Oecumenicus) summu appellatur, quo nihil est suetum.

**II.** Antecedens probatur ex cap. ii. post ad Corinthios, vbi Paulus nominat τές: ἑταρίας ἀνοσίας, Vulgatus interpres, magnos Apostolos vertit: Erasmus, eximios; Valla, praeclentes; Stapulenensis, excellentes; Iunius ex Arabicā versione, prestites. Syrus interpres magis ἡ μόδας, בְּאֵלִיָּהוּ רַבְּ מִתְּחִידָה, eos qui valde excedunt. Et sane, τὸ ἑταρίαν, longe plus exprimit quam, aut magnus, aut eximus, aut praeclitas, & simile quid. Vnde Latinus, capite 12. reddidit, eos qui supra modum sunt Apostoli. Itaque Beza omnium optime, Summos Apostolos dixit. Nam perspicuum est, Paulum significare voluisse eos, qui vitra omnium sortem proue eti essent.

III. Putant Interpretes designari Petrum, Iacobum, & Ioannem, ut Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius, Anselmus, Lyranus, Thomas, alii. Nec vana coniectura. Nam secundo ad Galatas iidem nominantur, id est, qui inter Apostolos in pretio essent. Theophylactus interpretatur, (Si bene reddidit Porfenna) magnos & praeclaros, Oecumenius, τοὺς πικροφάσας Chrysostomus, μεγάλους, καὶ ἀπόκριτος, magnos, & principes. Anselmus, eos qui essent, maioris autoritatis, Scientia Sed, & postea sūlē nominantur à Paulo columnæ.

**IV.** *Habemus itaque inter Apostolos, non unum summum, sed tres summos: ideoque, aut tres Occumenicos, aut quod verius est, ne unum quidem. Salmeto ad eam Epistolam Disput. 12. tantum ridet hoc argumentum, Beza, inquit, *hoc loco abutitur ad euacandum Petri primatum. Quasi vero quicquam latet eius pastoratum super omnes oves, aut agnos: aut in Apostolatu, qua est summa possest;* *qua potest simul pluribus competere.**

*Non s̄unt autem omnes pares honore , & autoritate , ut ait Cyprianus . Quæ verba si non dant sine mente sonum , alii interpretentur : nam ego me fateor non esse qui , quid sibi velint . Hoc scio Bezam contra Petri primatum , aut in oves omnes pastoratum , aut summam potestatem , id est , cuius Apostolatum non disputare : sed tantum contra Papistarum phantasmā de Æcumenico Pontificato . Cæterum , non veritas tantum ridet , quia secura est , vt inquit Tertullianus : sed etiam hæresis , quia mente mota . Nos autem absit , vt magno conatu hæreticorum rius prosequamur .*

V. Occumenicus Pontifex maior est omnibus. At Petrus non fuit maior omnibus: ergo Petrus non fuit Occumenicus Pontifex. Maior patet ex statu questionis.

VI. Assumptio probatur ex disertis Pauli verbis, 11. post. ad Corinthios, quibus dicitur: *λεγόμενοι μηδὲν οὐτερκέας τὸ πατερίας διπλῶσιν.* Et c. 12. *εἰδὼν οὐτερκόντων τὸ πατερίας διπλῶσιν.* Quæ verba Vulgatus interpres reddidit, priore quidem loco. Existimò me nihil minus fecisse à magnis Apostolis; barbare, & inepte: posteriorè paulo melius. Nihil minus fui ab iis, qui sunt supra modum Apostoli. Sed longe optime Syrus, **נְהִירָה מִשְׁלָחָן בְּצַדְקָתָן**, nihil minor sum Apostoli. Ut & Oecumenius, *εἰδὼν οὐτερκόντων, εἰδὼν οὐτερκέας, οὐτερκόντων, οὐτερκέας* Πέτρον, Nihilo minor fui, neque inferior, aut posterior Petro. Theodoretus, Existimò nos non distare à magnis fidei prædicatoribus. Ambrosius, Non vult gratiam Dei inferiorum in se videri, quia similiter docuit, & eadem fecit, quæ faciebat Apostoli; quipropensiores videbantur, quia priores cooperant docere. & fuerant cum Domino, unde maioris autoritatis esse putabantur. Iustiniadius in Paraphraſi, Nihilo minus perfecta ego vobis annuntiaui, quā summi Apostoli alii predicarent: neque illa proorsus, me illius inferiorē fuisse probare quisquam possit. Et in explanatione, Cum Apostolus nulla proorsus re, vel magis Apostolus sit inferior, quid causa esse putandum erit, cur illi tanti sunt, ipse vero deficiatur? Quod si Paulus nulla re fuit minor, inferiorve, ergo ei per omnia fuit æqualis. Sed queret aliquis, quibuscum sese comparat. Respondeat Chrysostomus, *εἴτε αὖτε εὐεύτερος, ἀλλὰ αὖτε τὸς αὐτοῦ Πέτρος ποιός τὸν οὐργούσιν.* Non iam cum illis, sed cum Petro huicmodi comparationem faciēs. Oecumenius, *εἴτε αὐτὸς διπλῶσιν, ἀλλὰ τὸ πατερίας διπλῶσιν.* Πέτρον, *οὐ λάκωβον,* & Iauinum *οὐνιθόδρομον.* Nō simpliciter Apostolis, sed summo, Petrum, Iacobum, & Ioannem significans. Itaq; Petro, si nō minor, igitur æqualis. Oecumenius, *εἴτε αὐτὸς τὸν τρεῖς διπλῶσιν οὐλήτη, διεκόνος, ἐπὶ μέρον αὐτοῦ τὸν τρεῖς διπλῶσιν οὐλήτην.*

# LIBER DVODECIMVS, CAP. I.

237

*πρεσβύτερος, διδάσκαλος καὶ δοκτόνος. Οποτενε γένεται ad Apostolos venit, significans, non tantum Pseudapostolus præstantior sum: sed etiā Apostolus equalis. Erit igitur Paulus æqualis Petro. Itaq; Petrus non maior Paulo: & si Paulo, certe ne omnibus quidem: unde sequitur non fuisse Occumenicum Pontificem.*

VII. Idem probatur ex Epistola ad Galatas 2. 20. *τὸν δὲ πόνον τοῦν εἶναι πιθανόν μην, ἐπειδὴ τοῖς φίλοις τοῖς συνεργάταις οὐδὲν αἰδούστων. Ab iis autem qui pertinuerunt esse aliquid, qualescunq; fuerint, inhibiti mihi discrepat. Personam hominis Deus non accipit: nam quisque in prelio, nihil mihi præterea contulerunt. Et post, Iacobus Cephas, & Ioannes, εἶδον εἰς τὸν εἶναι, δέξας ἑργάτην, Βαρνάβαν καὶ Ιωάννην, qui videntur esse columnæ, dextræ dederunt communionis, mihi, & Barnabe. Quæ verba & qualitatem significare, nemo non videt. Vult enim Paulus assertare, se nec minus fuisse, nec minor m Apostolum, non iūs tantum omnibus, qui cum Christo erant versati: sed ne eorum quidem coryphætis: itaq; fuisse suis socium.*

VIII. Sed Bellarminus de Epistola ad Galatas responderet, c. 16. libr. 1. de Pontifice. Propositum Pauli non fuisse ostendere, se non esse Petro subiectum, quod attinet ad gubernationem: cuius nullam factum mentionem: Sed Euangelium suum æque verum esse, ac diuinum, & à Christo ipso immediate acceptum, ac Euangelium Petri, & Iacobi, & Ioannis. Quod autem de data dextera societas legitur: cogit quidem, ut credamus, Petrum, & Paulum socios fuisse in officio prædicationis: sed non prohibet, ut intelligamus Petrum fuisse Paulo maiorem in officio gubernandi. Et probat, quia Samuelis 1. c. 23. dicitur, *Saul, & Iacobus: & tamen eadem Scriptura Saulem regem, ceteros autem seruos eius facit.*

IX. Imo, inquam ego, non Euangelij tantum sui Paulus, sed etiam auctoritas sua causam tueretur. Alias, quid opus fuisset, nō Apostolos nomine, sed eorum Coryphaeos? Certe enim, quoad doctrinam, siue Euangelium acceptum à Christo, nulla era huiusmodi distinctione: quia id æquum omnes à Christo immediate accepserant. Eos autem coryphaeos, rursus προφῆτας vocat, quod non potest, nisi ad auctoritatem referri. Præterea obliuiscitur Bellarminus, sic agi de prædicatione Euangeli, ut simul etiam agatur de certitudine eius prædicationis. At Papista hac parte longe plus tribuunt suo Occumenico, quam cuiquam alij: adeo ut eum constituent pro regulafidei, a cuius etiam nutu omnes approbationem postulare tentantur. At Paulus, cum cum sua prædicatione yetet in dubium, negavit se Petro esse subiectum, aut ab eo quicquam accipere posse, quod non haberet. Frustra igitur se paratur prædicatoris à gubernatione, quia nec inquam illa fuit absq; hac, nisi cum Monachi, quorum in clero pars nulla, cœperunt infilire in Cathedras Episcoporum: nec illus erat Apostolus, qui ius non haberet æque gubernandi, ac prædicandi.

X. Quod ad societatem attinet, Græce προφῆται: non bene comparari locum è Samuelis 1. c. 23. qui Hebrewæ est, ΥΠΩΝΤΑ ΙΗΣΟΥ, hoc est, ut revererentur Septuaginta, Σαὰρ, & iudicem. Et Alias, Saul, & virieius. Quis vero non videt procul abire a nostra hac communione? Nam huiusmodi viros, socios quidem appelles Latiae: & Græce προφῆται, non autem προφῆται. Et lance προφῆται nomine plus significatur quam societas: videlicet eiūdem munieris communio. Est enim προφῆται, non is tantum, qui alicui adhæret: sive additus est, sed qui eiusdem rei participes est cum alio. Sic Lucæ προφῆται οὐδὲ Ιάκωβος, & Ιωάννης ιψοι: Ζεβδαῖος, οἱ θεοί προφῆται τῷ Σίμων, hoc est, qui caudem profitebantur artis pescandi. Proinde; hoc loco Paulus subdit. Ut nos inter gentes, ipsi vero inter circuncisos. Eo igitur socius fuit Paulus Petro, ut uterque Apostolatu funderetur, etiam distributis (si ita loqui licet) dœcesisibus: quare non tantum prædicandi, sed etiam gubernandi fuit societas.

XI. Si Paulo creditum fuit Euangelium præputij, sicut & Petrus Circuncisionis: Ergo Petrus non fuit Occumenicus Pontifex. At prius verum, ergo & posterius. Antecedens probatur ex 2. capite ad Galatas, Paulus si loqueretur. Quam vidissent Apostoli mihi: concretum fuisse Euangelium præputij, sicut & Petrus Circuncisionis, dexteræ dederunt societas, mihi, & Barnabe, ut nos inter Gentes, ipsi vero inter circuncisos.

XII. Cösequentialia autem patet, primo naturalis uaq; luce. Dividuntur enim prouincia non inter regem, & eius Magistratus, sed tantum inter Magistratus, qui singuli singulis præsunt. Sic Romæ semper Consulibus ita distribuebantur, ut vel signarentur illis Senatus consilio, vel Plebis citio, vel ipsi inter se compararent. Nonquam vero siebat ea distributio inter populum, & Consules. Ac reuera absurdum est, utris, qui sibi auctoritatem tecet in omnes prouincias, cum iis sortiri dicatur, qui ei sub sunt, quibusque singulæ tantum assigantur.

XIII. Deinde, è verbis ipsiis Pauli Non enim simpliciter dixit, commissum sibi Euangelium præputij, & Petrus Circuncisionis: sed de fætius, sive & Petro: quæ phrasis æqualitate in signifi cat. Vnde ea expontens Ambrosius, Petrum solum, inquit, nominat. Et sibi comparat: quia primatum ipse accepit ad fundandam Ecclesiam: se quoque per modo electum, ut primatum habeat in fundandis Gentium Ecclesiis: ita tamen, ut & Petrus Gentibus prædicaret, si causa fuisse: & Paulus Iudeis: nam uterque inuenitur utrumque fecisse. Sed tamen plena auctoritas Petro in Iudaismi prædicatione data dignoscitur. Et Paulus perfecta auctoritas in prædicatione Gentium inuenitur: unde & Magistrū de Gentium vocat in fide, & veritate. Et paulo post. Ab his probatum dicit, dominum quod accepit à Deo, ut dignus esset habere primatum in prædicatione Gentium, sicut & habebat Petrus in prædicatione circuncisionis. Chrysostomus. δικαιουσι τοὺς ιησούς προφῆτα λειπόντας τοὺς ἄλλους λαούς, ἀλλὰ τοὺς κορινθίους τοὺς ιησούς προφῆτας. Iam se in honore parem ostendit, nec se alius sed ipsi summum comparat, significans utrumque aequalem sortitum esse dignitatem. Glossa ordinatio, ut esset primus in prædicatione Gentium, sicut Petrus in Circuncisione Occumenius disertissime. Vide ut se Petro ageret. Huc etiam referendum illud ante citatum ex Gregorio Paulum esse fratrem caput nationum. Hæc igitur omnia cum indicent, primum distributas prouincias inter Petrum, & Paulum: deinde ita distributas, ut hic illi par esset, appareret conclusionis necessitas, non fuisse Petrum Pontificem Occumenicum, qui sibi parem nullum agnoscet.

XIV. Hic vero neros intendunt aduersarii, omnemque timam vestigant, qua, si queant, vim veritati effugiant. Sanderus, ca. 6. lib. 6. de Monarchia. Bellarminus c. 16. primi de Pontifice. Stapletonus de Principiis libro 6. c. 14. & in Relectione, Controversia, quæst. 1. artic. 3. Baronius ad annum quinquagesimum primum §. 26. & seqq. Pighius Hierarchia li. 3. c. 11. D siungo opposita absurdæ, & directæ solutiones.

XV. Ablurdum primum. Quia hic locus est contrarius aliis, nempe his, Tu vocaberis Cephas: Tibi dabo claves: Confirmare fratres tuos: Pascoues meas. Et cura totius gregis Petro commissa fuisset limitata. Respondeo peti principium. Ostendimus enim prolixie illis locis Petrum non constitui Occumenicum Pontificem: itaque hic lociis contrarius esse non potest. Ne hos igitur ouac nobis obiciam: Sed ex hoc potius agnoscant se iis fœ distinguebunt. Curam autem totius gregis Petro commissam, hoc loco limitari: nemo inquam dicat, qui meminerit, & Petrum nihil omnus fuisse Apostolum, & ipsum Paulum, qui sibi Gentes commissas proscriptebatur, tamen dicere, ingruere sibi omnium Ecclesiarum curam.

XVI. Alterum absurdum: ita conficitur Petrum non fuisse Apostolum, tam Gentium, quam Iudeorum: neque iushabuisse eundi in universum mundum, ut prædicaret Euangelium omni creaturæ, id est, tam Gentibus, quam Iudeis: quod proorsus repugnat expresso Dei Verbo. Et ita primus Apostolus à longe maxima mundi parte remouebitur. Respondeo, hoc non sequi. Enimvero nostrum nemo negat Petrum esse Gentium Apostolum æque, ac Iudeorum: Sed ne Sanderus quidem negabit Paulum esse Apostolum Iudeorum æque ac Gentium. Sed dicimus inter Petrum Apostolum æque Gentium, ac Iudeorum, & Paulum Apostolum æque Iudeorum, & Gentium, e modo factam esse prouinciarum distributionem: itaque neutrum fuisse Occumenicum Pontificem.

XVII. Tertium absurdum. Magnæ cœxitatis est ab ipso initio Ecclesiam diuidi in duos greges, & in Pastores ad minimum duos, quorum unus Iudeorum, alii est Gentium Apostolus. Respondeo, cœcos igitur non nos esse, sed ipsum Paulum, imo vero, & Petrum, & reliquos Apostolos, in quorum Concilio haec facta est distributio. Vnde Chrysostomus in 2. ad Galatas, τὸν τῶν ἀπόστολον φαντασίαν τὸν τοπογραφικὸν θεωρεῖ. Λαζαρίδης ιακών τοῦ Θεοφάνεω. Quid tandem est hoc quod dicit: In predicanda, inquit, munere partiti sumus inter nos orbem terrarum: atque ego quidem eos, quia Gentibus sunt, illi vel iudeos sunt, sunt in iusta Dei platinum. Sed quis pescit Ecclesiam Catholicam semper diuisam fuisse in plurimos greges, nō duos tantum: & sine vila absurditate? Singulis etiam gregibus, suos fuisse pastores tributos? Nec aliter facili potuit, ut per totum orbem Euangelium dispergeretur. Nūquam vero oblitus te, vel gregum, vel pastorum pluralitas: quominus Ecclesia Catholica scruareret in Christo unitatem suam. Atqui (inquit Sandrus) Augustinus Ecclesiam illam, quæ ab ouili vniuers pastoris Petri discedit. Schismat: cam esse non dubitat: Epist. 48. Respondeo, Augustini locum hunc esse, Ex tu in vestigiis gregum: non in vestigiis meu, sed in vestigiis gregiū: nec unius gregiū, sed gregum diuersorum, & errantium. Et pascere haedos tuos: non fecit Petrus, cui dicitur, Pascoues meas: sed pascere haedos tuos in tabernaculo poforum: non in tabernaculo pastoris: ubi est unus grec, & unus Pastor. Ergo falsator est Sandrus. Nam Augustinus, est de uno grege, & uno pastore loquatur, tam enī unum ouile vniuers pastoris Petri, nūquam nominat. Pastorem nullum unum Christum intercessit. Deinde, ut ego quidem dubitem eum esse schismaticum, qui discedat ab ouili Petri. Nam erant etiam schismatici, qui discedebant ab ouili, & Pauli, & Ioannis, & Iacobino vero etiam, Cypriani, Athanasii, Chrysostomi, Augustini. Quilibet enim Christi ouilia, id est, particularis Ecclesiae, tam arculo continetur societas vinculo, ut non possit quisquam ab uno discedere, quin ab omnibus scipsum abscedat, hoc est, frat schismatis. Sed hac pionvni ciarum diuisione, eiusmodi separationem est factam, quis probabi? Imo contra Paulus testatur sibi datum esse de cœtu communionis. At in Ecclesia schisma, & communio, tam opponuntur, quam mortis, & vita: lux, & tenebrae. Si ergo communionem Paulus habuit cum Petto: Ergo non fuit schismaticus: ne tu in quidem, cum distibutu, & sic sunt prouincia.

XVIII. Transeo ad solutiones. Prima Sanderi esto: qui queritur quod Paulus de factis Apostolorum, & non de iure ipso diuino dixit, id ad iuris diuini ordinationem velut obtuso collo nos trahere. At ego respondeo, ficeri Paulum de facto esse loquitur: sed quid obstat, quoniam ab eo facto, quid juris dūiū fuerit concludamus? Quia enim illi bet à Sanderio mutuari responsione, in iustum factum haec non est, profecto factum hoc iuris diuini testificatio est. Certe si Petrus fuisse unicus summus omnium, non Ecclesiarum tanum, sed etiam doctorum, ne exceptis quidem Apostolis, doctor, in pietate fuisse: huiusmo di prouinciarum distributione. Et Paulus non nisi serendum suis Galatis propinasset, apud quos se tanquam æqualem Petru, tam serio d' spudabat: quod quam sit indignum eo Spiritu, quo scimus Paulum plenum fuisse, nemo non videt.

XIX. Secunda, ea distributio non fuit iurisdictionis: Sed prouinciarum, ad commodius prædicandum Euangelium. Et explicat Bellarminus: quia quanquam poterant omnes Apostoli, imo & singuli per vniuersitatem prædicare, tamen, ut celetius, & facilius fieret, bis distributas esse prouincias. Seine, quini Andreas in Scythian, Thomas in Parthia, Bartholomæus in Indiam abiit, alia alio. Iterum cum Petro Iudea, Paulus Gentes obiigerunt. At nos, si iurisdictionem intelligas auctoritatem Apostoli, fatemur non esse diuisionem: quia non partem Paulus sibi sumperat, partem reliquerat Petru, sed omnes Apostolatus patres, & Paulus inter Gentes, & Petrus inter Iudeos pleno iure conseruatæ sint. Iaque certum est, solas prouincias esse distributas. Neque aliud sumitur in argumento nostro: quod propterea sic infirmari non potest. Quin potius si iurisdictione non est diuina: ergo eadem fuit iurisdictione Pauli in Iudeos, quæ Petri in Gentes: & haec est qualitas, quam diximus, quæque protinus euicit Occumenicum Pontificatum.

XX. Tertia: Fodus non sic fuit initium inter Petrum, & Paulum, ut Petrus tantum Iudeis, aut in Iudea: Paulus autem tantum Gentibus, aut extra Iudeam prædicaret. Quia constatum Petru Ethnicis, tum Paulu

Iudeis

Iudæis sèpissime prædicasse, etiam post eam distributionem: sed ut Petrus pædiceret omnibus & vbi cumque vellet, principaliter tamen Iudæis: Paulus etiam omnibus & vbi cumque vellet, sed principaliter Gentibus. Hoc vero, inquam, quis negat? Confirmatur enim ipsa experientia, & Actuum historia, saltem quod attinet ad Paulum. Sed quid hoc ad rem? Non enim infringitur vis argumenti. Nam illud *principaliter in gentibus*, sic intelligendum, ut Petro pædicens inter Iudæos principaliter, Paulus par est pædicens inter gentes principaliter. & quidem, ut hæc æquitas sit in plenitudine potestatis, quam nominavit Ambrosius.

XXI. Quarta. Negatur consequentia, gemino arguento. Primum est, quia Christus appellatus est Apostolus circuncisionis: qui tam fuit pastor omnia atque Salvator; Ergo & similiter Petrus sic circuncisionis administrator est constitutus, ut tamen esset vociferi gregis pastor & moderator. Alterum: quia honorificatus erat Petri munus, quam Pauli. Nam Dominus ipse per se Iudæos pædicare voluit, gentibus autem per discipulos. Et ipse Paulus Iudæos comparat oleæ, Gentes oleastris inferendis in bonam oliuam.

XXII. Respondeo ad primum instantiam esse nullam. Quia et si Christus fuerit Apostolus Circuncisionis, tamen cum nomine fortius est: Nec unquam dictum, Christum Iudæos pædicasse, ut alium aliquem gentibus: sicut dictum est de Petro & Paulo. Nunquam dictum Christum & Petrum diuisisse orbem terrarum. Itaque argumentum non inde dicitur, quod Petrus fuerit pastor Iudæorum: sed hinc potius: quod fuerit pastor Iudæorum, ut Paulus gentium. Itaque fuit Christus & est summus omnia & Pastor & Servator: at non sic Petrus. Vnde & Christus suos discipulos misit tum ante mortem suam in universam Iudæam: tum post resurrectionem in universum orbem: cum Petrus Apostolorum neminem miserit. Et Christus nullos habuit socios, non in Servatoris tantum, sed ne in Pastoris quidem munere: At Petrus socios habuit reliquos Apostolos.

XXIII. Ad alterum: primo, et si concederetur Iudaica provincia fuisset illustrior, non tamen infirmatur argumentum. Nam qui pæcest honestiori provinciæ, non præterea pæcest omnibus provinciis. Romæ variæ erant pæstæ, quarum urbana erat honestissima: nec tamen fiebat, ut cui ea fortito obtigerat, esset omnium prouinciarum, aut etiam pætorum prætor. Sic Constantinopolitana fides prepter Imperii dignitatem præferebatur Antiochenæ, nec tamen illa in hanc autoritatem habebat. Imperator denique etiam hodie honoris primas tenet inter Monarchas Christianos, quitamen non est Monarcharum Monarcha. Ad eundem modum, nihil obstat, quominus Petro tradita esset honorificatior prouincia, ut tamen ei Paulus par est, non quidem ordine, sed ex te munere.

XXIV. Deinde hæc ipsa honoris prærogativa, non satis liquido demonstratur. Esi enim Christus pædiceret per se Iudæis, tamen non magis sequitur Iudaicam prouinciam, esse Gentili pæfere odat, quam Ecclesiam Hierosolymitanam Romanæ, quia in illa Christus & pædicerait, & passus est, & resurrexit Oleæ autem & Olealtri comparatio, non inæqualitatem arguit honoris, sed tantum gratiæ Dei dispensationem, siue ut ita dicam præcipitalitatem & post ritatem, quibus verbis Tertullianus significat temporis differentiam. Piiores sicut Iudæi significantur, quia ante Ethnicos votati fuerunt in Ecclesiæ Vei: posteriores autem Gentes, quia ab illis ad eas Ecclesia translata est. Enimvero contra potest disputari, hon. rificentius fuisset Pauli munus, quia ei commissæ erant gentes, ex quibus (relectis Iudæis) colligenda erat Catholica Ecclesia: ut dicere possit quis, Paulum futuræ Ecclesiæ principatum obtinuisse, non Petrum. Itaque relectis Iudæis, Petri desuile Cathedram, nisi forte titula iter, quomodo hodie Papa suos creat Episcopos titulares. Præerea Gentilis prouincia multo erat amplior Iudaica: vnde Sanderus indignantur Petrum anobis cogi in Iudæorum angustias. Sed nos has pœnæ non consecutur, quibus si in suam rem vii possent aduersari, nemo eos ferre posset.

XXV. Denique, vnum in toto hoc argumento non est omittendum, quod tamen Papistæ serio dissimulant: hanc prouinciarum distributionem factam non inter Paulum & Petrum solos: sed inter Paulum cum Barnabæ, & Petrum cum aliis Apostolis. Sic enim Paulus, *Quum cognovissent gratiam mihi datam Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui putantur esse columnæ, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos inter gentes, ipsi vero inter circuncisiones.* Tum ne quis putet Paulum cum Petro esse fortius, ideo quod eius esset aliqua in reliquo Apostolos autoritas. Tum ne quæcumque pærogaria constitui poterit in Iudaica prouincia, eam ad Petrum solum pertinere quis contendat.

## C A P. II.

### Petrus missus in Samariam.

I. Nullus Oecumenicus Pontifex delegatur ab aliis. At Petrus delegatus est ab Apostolis. Ergo Petrus non fuit Oecumenicus Pontifex. Extat hist. 8. c. Actot. *Quum Apostoli quierant Hierosolymis, audissent Samariam recipisse Sermonem Dei, misserunt ad eos Petrum & Ioannem.* Quod certe valde abhorret ab Oecumenico Pontificatu. Nam qui Christum ab Apostolis diceret vsquam missum, quis eius blasphemiam toleraret? At Christi locum ab ho. Oecumenico teneri vulgo assertum. Imo, qui Apostolos asserteret potuisse à Diaconis mititi, eum ne Papistæ quidem tolerarent.

II. Huic argumento variæ varia opponunt. Inter quos insignis est Paganoræ Monachi impudentia. Disceptat. 6. *Qui Samariam mittentur* (inquit) *Petrus constituit: de quorum numero esse & ipse vovit.* En religione! Eu sinceritate! Quasi hæc actio tota absolute penderet ab arbitrio Petri. Sed is mos est eius hominis. Atque adeo vix alium iuuenias in falsandis Scripturis hoc vno impudentius audacem.

III. Reliqui consulti ducunt respondere ad maiorem. Et primum

negan Bellaminus, Stapletonus, Sanderus, Salmero. Sed & Baronius ann. triplex qui s. 9. & seqq. hasque instantias proferunt. Primo, Mitti Filium à Patre, & Spiritum Sanctum ab utroque: nec tamen Filium Patre, aut Spiritum utroque esse minorem. Tum Matthæi secundo, mitti ab Herode Magos in Bethlehem, in quo tamen ille imperium nullum habebat. Ioseph 22. populus Iudæoru misit Phineas Sacerdotem ad filios Ruben & Gad. Et apud Iosepham, Antiquitatum li. 20. c. 7 idem populus Romam ad Neronem Imperatorem misit non tantum ex prioribus decem legatos, sed etiam Ismaelem summum Pontificem, aduersus Agrrippam Iuum regem: cum tamen iure diuino toti populo Sacerdos pæcesset. Actorum 15. Paulus & Barnabasmittunt ab Ecclesia Antiochenæ Hierosolymam ad Apostolos super questio de legalium obseruatione: idque ex decreto eius Ecclesia Statuerunt (inquit Lucas) ut acenterent Paulus & Barnabas, & quidam alii. At hi eius Ecclesia pæcipui magistri & doctores erant. Itaque Bellaminus obseruat, nomen missionis non necessario significare subjectionem in eo qui mittitur. Dic enim mittere, quicumque est auctor alicui ut eat, siue id faciat pæcepto, quomodo Dominus mitit seruos: siue consilio & suasione, quomodo & pararem, & minor maiorem al quando mittit.

IV. At Catholicæ primo facentur nomen missionis non inferre necessario subjectionem in eo qui mittitur: itaque mentiri Baronium: Petri primatu nos detrahere, quasi inferioris numeri sit habendus qui mittatur. Sed vicissim asservant, excludere dominationem eius qui mittitor, in eos qui mittunt. Petrum enim nemo sanus dixerit reliquis Apostolis fuisse subditum: qui erat Apostolus æquo gradu & iure cum reliquis. Nisi, quomodo Paulus dixit Spiritum Prophetarum Propheticæ esse subiectum. Secundo, negant cum recte dici mittere, qui vel suadendo, vel consuendo alicui auctor est suscipienda proficationis: eiusque significationis exempla requirunt. Tertio mittente Latine responderet duobus Græcis πιπεν & δομηστεια. Quorum illud possit forte non inferre in qua ita: sed hoc negant conuenire, nisi ei qui cum mandatis acceptis eam rem gerit, non sua, sed mittentes autoritate: quomodo legatis. Porro Lucas hoc usus est, non illo.

V. Exempla vero sunt αιρεψια. Illud certe desumptum à mysterio Trinitatis, quis Theologorum non mitteret huc referri? Non enim sic Pater mitit Filium, aut uterque Spiritum, quomodo Apostoli Petrum. Aliud, prorsus a iud missionis genus est, & quidem ineffabile. Et sicut cum dicitur Pater genuisse Filium, sibi per omnia æqualem etiam dignitate, & autoritate, non tamen propterea conclusas, Adam nullum esse ius in Cainum & Abelem, ab eo genitos: nimurum, quia longe alia est generandi ratio in diuinis quam in humanis, etiam si utrinque idem vocabulum usurpetur: sic iniquum est, quia missionis vocabulum utrinque auditum in humanis sic interpretari sicut in diuinis. Et tamen discedi ut ab arguento. Nostra enim nihil intet, fuit enim Petrus minor, an æqualis reliquis, dum ne maior fuerit. At Trinitate, et si verum sit Patrem non esse maiorem Filio, aut utrumque Spiritum Sancto: tamen falsum est etiam Filium esse maiorem Patre, aut utroque Spiritum. Nam si maior Filius, certe à Patre non mitteretur. Iam si æqualis est Petrus reliquis, & non maior, ergo non est Oecumenicus Pontifex.

VI. Matthæi primo non legitur δομηστεια, sed πιπεν. Quid mirum, si alio sensu: Deinde scitint docti τη πιπεν non raro sumi pro δομηστεια dimittere, ut apud Homerum Odysseæ 15. οὐδὲ ξεῖνον περὶ τοῦ φιλοῦ θίλος πιπεν: Hoffitem oporez presentem amare, volentem dimittere. Et Ilados vlti οὐ πιπεν θυμὸν γε σωθεῖσι, dimittit mecum Dīs. Etiam apud oratores Heliodorus Äthiopicon 6. εἰ ἀπέιη βαλοφύλιον πιπεν. Et abire volens dimittenti Heliodorus Äthiopicon 6. εἰ τὸ πιπεν τῷ παρόντειν, εἰ μίαν βαλοφύλιον πιπεν, Quis, & presentibus nobis haserū, & volentes abiit, dimiserit. Herodianus autem lib. 2. εἰ τὸ Διός νεὸν τὸ τελεῖσθαι προφεῖται. In Iouis templum, reliqua facella deductus: nimurū a Senatu honorifice comitante Perrinax. Etane Herodes Magis auctor non fuit itineris, quod sponte suscepit, magna ex parte confecerant: sed quum detinuerit aliquot dies, dum consulenter principes Sacerdotum & Scribas, tandem potestatem fecit abeundi, indicato etiam loco ad quem tendebat: quæ significatio prius aliena est ab hoc nostro sermone. Diuide illi neque superiorites Herode fuerunt, neque pares, sed inferiores, puta magi rege: & quidem in eius regis dictione: vt non sit verum, quod Bellaminus contendit, Herodem in illos nullum habuisse imperium. Singulari enim reges imperare possunt, imo & solent etiam hospitibus, quadiu sunt intra fines tegni: quod quot diana docet experientia: atque adeo ipsa lex diuina, quæ veterat peregrinum, opus facit e die Sabbathi in terra Israëlitide.

VII. Phineas exemplum etiam nihil probat: immo vero Sophistam Bellaminus agit, qui cum prius illum simpliciter Sacerdotem dixerit, postea affit summum Sacerdotem prefuisse toti populo. Atqui non est idem Sacerdos, & summus Sacerdos. Phineas vocatur duntaxat filius Eleazari summi Sacerdotis, non vero ipse summus Sacerdos: quo magis notanda Stapletoni audacia, ne quid dicam durius, qui hoc eum titulo insignit. Nullo igitur iure Phineas pæcesse poterat populo: itaque, mittitur, non ut maior & minore, quod volunt aduersarii, sed ut minor & maior, quemadmodum in Democracy & Aristocratis miti solent legi: quo iure vi sunt non hic tantum Apostoli: sed etiam postea Actorum vñ decimo, Ecclesia Hierosolymitana, quæ quum audierit Antiochæ prædictum Euangelium, misit eo Barnabam. Ismaelem Romanum missum a Josephus nominat. Sed non aduertit Batoni, missum tanquam legatum. Iudei enim πιπεντεια εἰσεῖσθαι αὐτοῖς δέρεται οὐτοὶ εἰσεῖσθαι πιπεν Νικα, Rogauerunt (interpreti Ruffino) ut eu pœnas daretur, quatenus ob hoc legatos dirigenter ad Neronem. Miscent ergo Ismaelem tanquam legatum. Videat Baronius utrum velit hanc nouam rationem inducere in Republicam, ut legati dicantur maiores à minoribus.

VIII. Actorum 15. Lucas neque πιπεν dixit, neque δομηστεια, quo verbo significatur honorifica deducere: ut 20. cap. πιπεντεια αὐτοῖς τὸ πιπεν, deduxerunt eum ad nauem: & 21. πιπεντεια, πιπεν τοι τοι, deducentib. nos omnib. Syrus redditit נִתְרַנְתָּר בְּדֵבֶר.

LIBER DVODECIMVS, CAP. II.

23

Bodianus vertit. & deducens dimisit eos. Vnde Cajetanus in eum locum  
uotat, Comites ac duces itineris Ecclesia Antiochenia dederat: quod nec Sal-  
mero omisit. Ea autem ve ba statuerunt ut ascendenter, non inferenter  
cessario missionem, sed tantum commune consilium, quo id opri-  
num factuindi atum est. Sed in argumento nostro, Divus Lucas expres-  
sit verbum dicens.

X. Itaq; doceri non dum potuit maiorem mitti posse à minori: quod nos absurdum esse deducimus, dicimus: maxime in hoc arguento in quo maioritas appellatur non qualibet; sed potestatis imo etiam dominii. Solent quidem Imperatores, ac Reges, sepe eos consulere qui sunt in his minoris: sepe etiam iuxta suffragia suorum consiliatorum expeditio- nem suscipere, aut iter longum: sed qui propterea Imperatores Regesve mitti diceret à suis consiliariis, nondum quisquam inuenitus est. Imo quis non rideret tanquam absurdum, si quis assertere tab Annibale misum fuisset Antiochum ad bellum contra Romanos: quia eius suscipiendi belli is autor erat?

X. Roffensis contra articulum Lutheranum 25. Quid si (inquit) negotii difficultas praesentiam summi Pontificis exposceret: cuiusmodi Cardinalibus omnibus visum fuit, quando Pius secundus expeditionem patrarin Turcas. Num ea profectio derogauit autoritatis quicquam: An non auxit eam potius, quum negotii moles praesentiam tantæ potestatis exposceret?

XI. Egregiam vero compunctionem, Perri docentis Euangelium, & p[ro]parantis bellicam expeditiōnem in Turcas! Optime! non potuit ille melius se Perri successorem probare, cui dictum, *mitte gladium in vaginam*. Petrus solus cum Ioanne comite, fide plenus & charitatis, fretus solo Christi auxilio, armatus solo zelo, legitiime missus, iter ipse suscepit ad Samaritanos instruendos. Pius ambitione tumidus, coacto quam poterat magno exercitu, armis fratribus, expeditionem suscepiebat ad Turcas ferro flammeaque destraendos. Num sunt h[ic] similia? Hem: non ouam ouo vicinus. Imo oportet at illum Petri claves in Tiberim proiecere, assumptio Pauli gladio. quod de eius successore nescio quo, vulgo iactatur. Mirum vero huic Pio, non addi Iulium secundum obdidentem Mirandulam (vt Guicciardinus refert) nec iam per legatos, vitalias, sed perseipsum opera bellica disponente, extrema lenciu[m]e: maximis frigibus: tantus in eo fuit Ecclesiae promouendae zelus! Sed Baronius procul dubio Clementis sui octaui exemplum nos omisit, cui ad Ferrariam (vetus scilicet Ecclesiae Patrimonium: nam Christus ita legauerat) sive occupandam, sive recuperandam bellum monuit; non tantum Petri exemplo, ob longe leuius dannum, pecunial[em] videbatur et interuersione, Annia irascentia, delicias facit: sed etiam illud magnificum occidit: In promptu habentes omnem vltisci nobedientiam: & illud, *Arma militia nostra non sunt carnalia* Epistola prefixa tomo 8. Papz! Nouam Sanctitatem! Ratum beatitudinem!

XII. Sed ad Roffensem ut redeam: nego responderi ad rem. Primo, quia non profectiōnem simpliciter sed missionem vrgemus, at Roffensis illam solam nominat. Nec tamen ausus dicere suum illum Pium secundum, ad illam tanti rem momenti, tam dignam apice pont ficali Turcarum, inquam, expugnationem; missum fuisti à Cardinalibus. Quomodo Petrum Lucas ab Apostolis.

XIII Secundo, quanticunque momenti fuerit id negotium, non sequitur tamen esse verum, cum, qui mititur, non esse maiorem iis qui mittunt. Etsi autem concederetur, & Petri vnius maiorem fuisse dignitatem, quam singulorum aliorum (qua de re egimus satis prolixo) & hoc ipsum negotium non potuisse confici nisi ab eo: id tamen non efficer, non fuisse missum ab aliis. Nam Pompeium Cicero iisdem argumentis suadebat, oratione pro lege Manilia, præficiendum bello Asiatico: & obtinuit.

XIV. Tertio negatur in eo negotio, quicquam fuisse, quod à quolibet Apostolo non potuerit perfici. Res erai (inquit Roffensis) vehementer ardua. Cur, inquam? Tum propter Simonem Magum: tum propte Christi verbum, qui prædicterat Apostolos etiam in Samaria testes sibi futuros: tum quia Philippus non potuerat Spiritum Sanctum conferre. Atque etiam si concedatur rem fuisse vehementer ardua: non conficitur tamen: eam ab alio nullo potuisse perfici. Quid enim, reliquie Apostoli erant ea legi, ut nihil maioris momenti aggredierentur? Deinde argumenta non probant eam difficultatem. Nam Simon Magus, iam erat baptizatus: & pietatem strenue simulabat, non abscedens a Philippo: nec hypocrisia, Apostoloum quisquam diuinabat, ne ipse quidem Petrus: Christi autem verbum nec augebat difficultatem, nec Petri præsentiam notabat, magis quam alterius cuiuslibet. Nam quo contextu Apostolos sibi prædictabant fore testes in Samaria, eodem nominabat etiam ultimas terras. Et tamen id non effecit, ut Petrus ad Gentes primus mitteretur: licet id negotium multo illustrius, & difficilius esset negotio Samaritano. Comparatio autem Petri & Philippi, non preferat Petrum reliquis Apostolis, sed Apostolum Diaconi. Oecumenius, ēis ἐπὶ τῷ λόγῳ τοῦ, διδούσεις ἡ ἔκκλησις ποιεῖ ἡ μητέρα, ἡ τὸν θεόν μεταδίδει ἡ ἕποις. τέτοιος λόγος τῷ διαστόλῳ ἐξαιρεῖται, Erat unius & septem. Hī enim id accepérant, ut officerent virtutes τῶν signa: at non vident alius Spiritum: hoc enim erat Apostolorum prīuilegium. Itaque Isidorus Pelusiota, Epistol. 450. libti 1. εἰς Ἰωάνναν νόοις εἰς τὸ διατάξιον ἐποίειν, εἰς τὸν αὐτοῖς τὴν τελείαν προγένετον: Si uis qui baptizauerat fuisset unius ex Apostolis, potestatem habuisset dandi Spiritum. Quilibet igitur Ex Apostolis que ac Petrus portauerit Spiritum dare, atque adeo defunctori hoc munere.

XV. Sed icerum Roffensis. Istud belle quadrat cum Petri maioriitate. Nam dixerat Christus, ministrum illum esse debere, qui futurus esset inter Apostolos maior. Sic ergo decuit Petrum sui magistri prædictionem im- plere, ut ministrum regni regeret.

XVI. Et cur non ergo magnus Petri hæres sic se serum exhibet? An vero æquum censer hæreditatem adire, & hæreditatis onera recusare? Callide. Sed Roffensis errat mult pliciter. Primo enim non erat Christi dictum prophætia, sed doctrina generalis, quia sibi quisq; applicare debeat.

Secundo, maior tu dicebarur, non is qui reliquis imperatorus esset : se-  
tantum qui inter reliquos emineret, quo sensu magnos viros solemu-  
appellare: distinxit enim hanc maiortatem, b ea quæ esset imperii Christi: illam quidem concedens suis discipulis, imperiosam vero prohibe-  
bens ex affirmatione contrarii, ne pere obsequi: quare hic locus nihil a  
rem, Tertio, si verax esset Roffensis, tum Petrus nondum fuisset in id  
reliquis Apostolis. Verba enim Christi: si de maiortate imperiosa esset  
intelligenda non posset sic sum: ut simul is magnus esset, & seruit et le-  
tantum ut ea ratio esset obtinendæ tandem maiortatis. At si eo tem-  
pore Petrus non fuit reliquis maior, nullum obligari deinceps poterit  
quo idipsum esse cœperit: ideoque vulgus Papistarum asserit primatum  
Petri cœpisse statim ab ascensu Christi: plurimi etiam ante mortem. V  
num hic in Roffensi laudis: quod tandem hanc missionem agnoscat, si  
ignoscatur minoritatem quandam, quod paulo ante alii negabant con-  
stanter.

XVII. Renatus Benedictus in Panoplia. Non fuit, inquit, Petrus missus ab uno aliquo, sed a cunctis Apostolis in unum coactis, Ecclesiam representantibus, Petrus autem non erat major tota Ecclesia: ut nec hodie Papa eius successor. Fallo: ut Renato consentit Stapletonius in Relectione, Courrouz. quæst. 1. art. 3. insolitionibus? Et si non adeo diserte. Petrus erat quidem caput Apostolorum, & totius Collegii vertex: tamen membrum quoque Collegii Apostolici: id est a toto Collegio, quod in capite & membris collectum maius est solo capite, miti potuit et si caput esset.

XVIII. At qui Renati peculiare dogma est, ut pote è Sorbonistarum  
grecorum, qui docent Papam auctoritatem minorem esse totius Ecclesiarum auctoritatem. Imo olim crederunt. Nunc credant nec ne, incertum est. Sed in tamen reliqui Papistae non assentuntur: minime autem omnium Jesuitarum quibus hoc votum, ut eam auctoritatem unius hominis quam amplissimam velint. Porro, non soluitur argumentum: non enim queritur utrum potuerit mitti: quod potius sumitur tanquam certum, constatque ex ipsa facta: sed utrum, qui sic missus est, fuerit Oecumenicus Pontifex. Et quidem Stapletonus, & Roffensis sic dicit sputant, ut concedentes Petrum in sum, quod negari non potuit, concedant etiam esse minorem iis a quibus est missus: unde facilis conclusio: non esse igitur Oecumenicum Pontificem, sive caput. Nam ut caput in corpore, ethi omnibus reliquis membris, id est, torso corpore, sit molam minus: membris tamen iisdem, non tantum singulis, sed etiam cum etiam maius est dignitate & auctoritate: sic si est aliud in Ecclesia caput, ipsum oportet maius esse auctoritate tota Ecclesia ut in Christo est videre: qui vere & quidem omni non solus, id nomine obtinet in Scriptura. Est vero ridicula sophistice Stapletoni: caput, inquit, minus est toto Collegio, quod est in capite & membris. Dicas agere de molis quadam corporis, quae partium additione coalescens crebat. At non considerauit in non corporis id non fieri. Nam dignitas Regis non est maior, ynius cum suis Consiliariis, quam seorsim considerati. Sic lux Solis maior non est, si addas infinitas faces.

XIX. *Rufus Stapletonus: Poruit Petrus ab Apostolis mitti, non quia mandato illorum parebat, sed quia voluntati & desiderio eorum acquisiebat, qui hoc ex bono Ecclesiae iudicabant, ut illi principes Apostolorum in Samariam irent. Sed frustra eluditur vis verborum Lucæ. "Αντιλαμβάνεσθε τὸ περὶ τοῦ λαοῦ λόγον. Nam δοκιμάζεται mittere cum mandatis: si ut ea in illo pendeat, bautotemate mittentis: ut Ioannis I. εἰπεῖται Ἰερεὺς ἐπίσκοπος τῆς Λαδισσας. Miserrimi Iudei Hierosolymis Sacerdotes εἰς Leuitas. Secundæ ad Timotheum 4. Τυχίης ἢ αντιλαμβανεις Ἐφησιον Tychicum misi Ephesum. Et alias sapissime, atque adeo Actorum II εἰπεῖται Βαρνάβας, miserunt Barnabam. Quo vebo bene cavit Lucas ne viteretur Actor. 15 ouum secret de Paulo. & Antiochenæ Ecclesia.*

XX. Superest Sandeu queritomina , à nobis in hac causa bonam fidem  
requirentis, capite 5. sexti de Visibili Monarchia: Si plurima(inquit)& p-  
ne infinita Scripturæ Sanctæ loca non essent , quæ abunde restaura-  
redderent D. Petri primum , aliquis forte ponderis vobis hic locus  
esse posset. Nunc autem fas non est , ob vnum missione vocabulum  
quod & ambiguum esse videmus , & alio modo recte interpretari possu-  
mus , tantas Petri prerogatiwas irritas reddere. At nos multo magis in  
Sandero frontem re querimus , qui auctor afferere , tum infinita Scriptu-  
ra testimonii Occumenicum Ponitatem probare : tum à nobis villes  
irritas fieri Petri prerogatiwas. Quod hæc tota disputatio falsissimum  
euincit. Poterit ergo deinceps cum bona Sanderi via nostra fides lau-  
dari in hoc argumento , vt in aliis : & hic locus magni glorie ponderis apud  
omnes nos.

C A P. III

## *De Petro accusato & reprehensio*

**I.** Ecumenicus Pontifex est *aīr n̄ d̄w̄s*, id est, extra omnēm septem  
henctionis aleam. At Petrus non fuit *aīr n̄ d̄w̄s*. Ergo nec fui. Ecumenicus Pontifex Maior patet ex doctrina Pontificiorum, siisque prærogatiis, quas enumerauimus c. i. lib. 10. hoc ipso tomo.

*Quid est dixi? offendebantur non parum: inquit Chrysostomus. Et Gregorius ad Theotistam lib. 9. epist. 39. non tantum questionem contra Petrum, sed etiam reprehensionem nominat.*

**III.** Hoc argumentum recitat quidem Bellarminus c. 16. lib. 1. sed dissimilat, non soluit: tantum probare conatur, non fuisse Petro ignotum mysterium vocationis Gentium ante illam hanc visionem: quod & contradicit postea, & est a *exordio*, ut facile iudicant omnes sani.

**IV.** Stapletonus, tum in Antidotis Apostolicis, tum in principiis lib. 6. c. 14. tum in Relectione controversi. 3. quest. 1. artic. 3 responderet, esse officium boni pastotis (ut ipse docuit Petrus epistola 1. cap. 5.) paratum semper esse ad satisfactionem, omni poscenti cum ratione: m de ea qua in ipso est. & fide, cum modestia. Itaque, non laeti primatum, quod sic in modestia ageret. Alioquin nullum fore ceteri prælatum p̄storem. Tum Gregorium citat ad Theotistam, Querela, inquit, fidelium non expotestate, sed ex ratione respondit. Si enim cum à fidelibus culparetur, autoritatem quam in sanctam Ecclesiam accepere, attendisset, respondere sic poterat, ut Pastorem suum quae ei commissa fuerant, reprehendere non afferent.

**V.** At ego ex ipso: primum, t̄ se igitur immanem illam tyrannidem, quae Papam reddit nulli obnoxium examini, auctorationi. Secundo, non respondeo ad argumentum, quod sumitur ex eo quod licuerit discipulis à Petro rationem exquirere rei gesta. Quod illos quis crebat fecisse, eo fidei initio, si inaudirent canonem *S. Papa?* Non fore autem prælatos Pastores ceteris, male concluditur: non enim quicunque præfertur, est *dux*. Gregorius confidentius loquutus est, quam verius. Nunquam enim illum Scriptura docuit, non licere ouibus Pastorem reprehendere. Imo contra Paulus, et si non facile, admittendam tamen docet accusationem contra Episcopum. Itaque cum modestie Petrus respondit, non de suo iure quicquam remisit, sed potius officium fecit.

**VI.** Alter Scripturæ locus est 2. ad Galatas, *Quum venisset Petrus Antiochiam, inquit, ἐγὼ ποιῶ τὸν αὐτὸν ἀστριών, ὃν γέτερων πάθει λόγος: in faciem ei restiti, eo quod esset condemnatus.* Hoc autem quid est? Chrysostomus. *Παῦλος ἀποκαλεῖται, τῷ Πίποντι ἀντίτρια, ἵνα ἐγκληματία, τὸ διδυκεῖται τὸν αὐτὸν, δικηλούεται μηδὲται μηδὲται,* Paulus obiurgat: *ἐγώ Petrus sustinet: ut dum magister obiurgatus obtineat, facilissime discipuli mutarent sententiam.* Ergo illud, restitu in faciem, non tantum ἐγκληματία, sed etiam ἀντίτρια significat: imo & ἀπόκλητον ἀφορούση, acriore interpretationem. Nam & eam paulo post Chrysostomus sic nominat. Docet autem Paulus, non tantum se restitisse Petro: sed etiam iure restitisse, id est, non emere aut p̄teregressum in limites sui aut ordinis, aut officii: sed quia factum oportuerit. *Quod nunquam auderet* (inquit Gloria ordinaria, & Lombardus) *visus non imparem sentire.* Imo vero Caietanus. *Non sufficit Paulus monstrarē se & qualēm alius Apostolis primus: Sed monstrat se quoque exhibuisse maiorem in actione summo Apostolorum versice Petro.*

**VII.** Male habet Papistas hic locus, adeo ut à Baronio appelleatur lapis offensionis, Petras scandali, & historia capti difficultis, & scaber locus. Quid ni ergo lapidem omnem mouant, ut lapidem istum amouent? Salmeto tomo 15. disputat. 23. & 24. Baronius ad annum quinquagesimum primum §. 32. & seqq. Pighius Hierarchia lib. 3. cap. 11. Polus de Vinitate Ecclesiæ lib. 2. Bellarminus cap. 16. libr. 1. de Pontifice. Stapletonus de Principiis lib. 6. cap. 14. Posnanienses Controversia 2. thesi 63. Gregorius de Valentia Analyticis lib. 7. cap. 6. Alexander Carerius lib. 1. cap. 5. Et alii non vacui. Horum ali⁹ Pauli narrationem totam suggillant: alii varias solutiones quæunt.

**VIII.** Suggillant, historiæ veritatem in dubium vocantes: quomodo olim non satis considerate à quibusdam factum: quorum errorem disciperent hodie renovari, dum suo gratificarentur Tarpeio Ioni. Respondet primo (inquit Carerius) non Petrum Apostolum, sed quendam alium à Paulo reprehensum: teste Clemente Alexandrino apud Eusebium libro 1. Historia, cap. 14. Et Pighius, hac occasione, in huius Clementis laudes digreditur. Sed hoc figmentum merito iam explosum ab Hieronymo in hunc locum, negante alium sciri Cepham, quam eum, qui modo Cephas, modo Petrus inscribitur. Et sane tota orationis series satis ostendit Paulum sese comparare Petro, quem etiam inter columnas Ecclesiæ numerat. Quis autem credar, adeo pueriliter ridiculum fuisse, ut nominato Cepha pro Petro, statim alium quendam eodem nomine ptoferret, nulla annotata diff. rentia? cum Euangelista nunquam Iudam fratrem Dominum nominet, absque aliquo nota, quod discernatur ab Iscariote. Itaque non admittitur hoc commentum à reliquis Papistis. *Hac nec olim placuerit Hieronymo*, inquit Spondanus breviator Baronii, *nec nunc nobis.*

**IX.** Alii nescio quam simulationem repetunt ab aliquot Veteribus. De Valentia: Si maxime (inquit) illud ab eo non simulate, sed ex animo sit factum. Pighius: Haud improbabilis sententia est, simulationem fuisse illam reprehensionem Pauli. Carerius. Secundo, non vere, sed simulatorie Petrum fuisse reprehensum. Et sane sic olim Hieronymus disputabat contra Augustinum; ex quorundam interpretatione autoritate: inter quos Chrysostomus est, qui totus in eam partem difcessit. Censent vero ex composite factum: ut Petrus, Iudeis aduentibus, discederet à Gentibus: ut ansam Paulus haberet eius reprehendendi. Et argumenta habent: primum: quia Petrus sciebat Ecclesiam esse à iugo legis Mosaicæ liberatam: itaque sententiam dixerat in Concilio. Secundo, quod ipse etiam Paulus nonnulla legalia obseruarit, ut accommodaret se Iudeis. Tertium, quia Paulus dicat, se restituisse *ἐγώ ἐγών*.

**X.** Sed hoc commentum validissime Augustinus refutauit, scriptis Epistolis ad Hieronymum, ostendens hanc simulationem, id est, mendacium non decere sanctitatem Scripturæ. Et huius maxime in qua tam sancte deierat Apostolus se non mentiri, primo capite, *In his quæ scribo vobis ecce coram Deo non mentor.* Tum argumenta sunt nihil. Non enim dicit Paulus, Petrum perpetram credidisse, aut docuisse subiiciendam esse Ecclesiam ceremonias legalibus: sed contra quam docendum esset, facile. Itaque, sicut, inquit, *ἀς γένερον μοδόστις ἡγετός τοῦ Εὐαγγελίου, Βα-*

*di non recta incedere iuxta veritatem Euangeliū.* Imo notat ante aduentum quorundam Iudeorum libere vixisse cum Gentibus. Non obstat ergo illa in Concilio lata sententia, quominus tunc Petrus non nihil commiserit contra officium. Porro coofstat eum sciuisse non abnegandum esse Christum: sic etiam protestabatur, etiam si oportuerit me moritum, non te abnegabo. Math. 26. Et tamen nemo dixit postea, ex composito negasse, quum ter dixit, *Non noui eum*. Cur hic magis?

**XI.** Observauit sane quædam legalia Paulus: nec vero eam ob causam Petrum increpuit: sed, quod ab eis ibus Iudeis libere cum Gentibus vesceretur: si autem prætentibus ab illis discederet: quod nunquam Paulus fecisse compertur. Itaque nunquam quisquam legitur eius exemplo inductus ad huiusmodi observationes: quod factum exemplo Petri differte conqueritur. Nam aliud, longe aliud erat, quum in medio Iudeorum Paulus versaretur, accommodare se eorum ritibus, quos nondum ut perniciosos odisse licebat, sed ut *ἀλλού* paulatim omittere: aliud rursus, quum esset Petrus in mediis Gentibus, subito ab eorum coniunctu discedere: quod fieri non poterat, quin fueretur odium illud Iudeorum, quo G. n̄ es tanquam fodere indignas prolequebantur.

**XII.** Illud vero *ἐγώ ἐγών* nescio trum alibi: Certe in toto Nouo Testamento non reperitur eo sensu, ut significet simulationem, & fictio. nero: sed potius id quod geritur in praesentia Lucæ 2. *ἐγώ ἐγών* *προσώπου πάντων τὸ λύτρον.* Quod preparasti faciem omnium populorum. Aetorum 3. *διάφορος παρεξῆγετε, τὴν πρήστασθε, αὐτὸν τὸ προσώπον Πιλάτου,* Quem vos tradidistis. Et abnegasti ante faciem Pilati: & vigesimo quinto, *πρὸ τὸν κυριαρχεῖν τὸν προσώπον τὸν τετράκιον τοῦ προσώπου τοῦ Ιησοῦ κατέτρεψες, πριν σκληρὸν εἴη τοι τοῦ προσώπου τοῦ Ιησοῦ κατέτρεψες,* priusquam is qui accusatur ante faciem habeat accusatores. Postea ad Corinthios 10. *τὸν προσώπον βάπτισην, ηγετός πόδος, ad narēs eius,* id est, in faciem eius, quod profecto aliud significare non potest, quam in praesentem praesenti. Itaque Thomas, manifeste. *Si palam, coram Lombardus, non in occulto, sed coram omnibus, quibus nocebat.* Viderint ergo simulationis patrui, unde sua colligant exempla. Tum vero, quid alienius ab instituto Pauli potuit fingi? Volebat si ministerii autoritatem commendare, immo vero suam doctrinā stabilitate. Itane vero fit? ex ficta, simulata, mendaci historiæ almo impostaem Galata iam, non nimium bene in eum affecti, statim clamaverunt. Et Petrum p̄evaricatorem effecerunt.

**XIII.** Iam alii in eo laborant, ut eleuent Petri peccatum. Idque dupliciter: sunt qui dicant Petrum errasse non in fide aut doctrina, sed in conuersatione. Sic Sanderus Monarchia lib. 6. cap. 4. Et Stapletonus de Principiis lib. 6. c. 14. Et Posnanienses, & alii. Itaque nihil officere eius primatu. At longe audacissimus Baronius omnino nihil peccasse contendit longa disputatione, sed perplexa, & obscura. Summa est. Potuisse Apostolos uti legalibus absque villa vel leuissima culpa, secundum loci, & temporis rationem. Iam vero & loci & temporis rationem postulata, ut legalibus tunc Petrus viceretur. Hoc probat, quia vitandum erat illi scandulum Iudeorum, qui Hierosolymis venerant, quorum patricium suscepserat. Hi autem magnas turbas excitassent, si non tantum non fuisse illis concessum, in Gentiles legalia propagari, ut optabant, sed etiam ipsi Iudei penitus legalibus spoliarentur, & ad Gentilitatem redigerentur.

**XIV.** Sed hæc inepta est easio. Non enim à culpa Petri argumentum ducitur, sed à Pauli reprehensione: fieri autem potest, ut eos reprehendamus, qui non peccent, sed uobis videantur peccare. Attamen reprehensio, & maxime *ἐγώ ἐγών*, fieri non solet, in eos quibus sua voluntas est ratio: quique a nemine mortalium propterea reprehendi possunt, aut saltum debent: cuiusmodi isti singunt sumum Occumenicum. Itaque multo minus interest, quomodo peccauerit, dum peccauerit; siue contra fidem, siue in conuersatione. Imo, si tantum in conuersatione: tum magis ad re argumentum. Nam qui nolunt Papam reprehendi, excipiunt si a fide sit deuius, siue hereticus: tum enim concedunt posse reprehendi: et si cum casum plurimi censeant non posse eueniare. Est ergo doctrina Papistarum Papæ corruptissimos mores à nemine reprehendi posse. At hic Petri mores sunt reprehensi, ergo certum est Petrum non fuisse Papam.

**XV.** Qui autem Petrua absoluunt ab omni culpa, ii præ partium amore non vident, quid agant. Nam certe Paulus mentitus esset: qui primo dixit, non incedere recto pede secundum veritatem Euangeliū: secundo, esse *ἐγώ ἐγών*, ad verbum, reprehensum: sed Hebraeorum idiomatio, pro reprehensibili Nam alias nullus, aut ineptus sensus esset: quid enim est, restiti ei in faciem quia reprehensus est. Itaque Iustinianus: *Significat Apostolus Petrum fuisse dignum, qui reprehenderetur, ac damnaretur.* Tertio, eo facto dixit Paulus reliquos coactos iudaizare. *Οὐαὶ omnia contidunt, ut quod fecit, iure fecisse Paulus doceat.* At si iure fecit, profecto Petrum necesse est culpa non vacare. Nam quis insontem iure culpatici dicat? Et certum quidem, potuisse Apostolos Iudeis in suis libere tum temporis vii; quum non abiicienda, sed honorifice se plienda lex esset: itaque loci, temporisque, ac personarum habendam rationem. Sed quis non miretur, post tot demum centurias annorum, melius eam temporis loci, personarum rationem esse cognitam, Baronio quam p̄fenti Paulo. Et quidem, quum eam historiam nemo habeat nisi à Paulo narrante? Repeto. Paulus tū aderat Antiochia: videbat, cognoscet, numerabat personas tunc præsentes, siue ē Iudeis: siue Iudeis: siue, quando id fiebat, vtrum ante, an post Concilium: & cognitum, & in caritate, atque adeo, honore Petrum habebat: & tamen pronunciat Petrum peccasse. At Baronius, sexdecim post id tempus seculis, aut paulo minus natus, nunquam fuit Antiochia, & hæc commentans Romæ fuit: Eorum personarum quæ tum aderant, quarumque habenda erat ratio, nunquam quenquam vidit, numerum etiam ignoravit. Imo eorum omnium nihil nouit, nisi quantum à Paulo didicit. Et tamen audacter pronunciat in Petrum nullam suspicionis culpam cadere. Hocine, an illud iustius iudicium?

**XVI.** Sed habenda ratio fuit Iudeorum. Cur, inquam, potius quam Græcorum? Nam Antiochia res gesta, Antiochia extra Iudeam. Itaq; jō ge pluribus Græcis abundabat. Tum Iudei adfuerunt, ut ita dicam, per accidens:

## LIBER DVODECIMVS, C A P. III.

241

accidens: venerant enim Hierosolymis: at Graec: incola. Quis autem non potiorem habendam putet rationem Ecclesie totius praesentis, quam paucorum peregrinorum? At Petrus erat Iudeorum patronus, & protector. In pudicis commentum! Quasi tam Iudei & Gentes in Ecclesia essent, quomodo hodie monachorum ordines in Papatu, qui singuli suos Cardinales eligunt sibi Patronos, & protectores Fabulae. Petrus Iudeos docendo suscepit: protege nos nemo unquam dixit Neque igitur Apostoli, qui se partium studio sinerent ab iudeo qui partes in Ecclesia esse patrarentur. Itaque in Consilio Hierosolymitano Petrus ipse, Gentium potius causa fuit. Tum, quoniam Iudeis scandali causa? An, quod non tantum Gentibus non imponeretur iugum legis, sed etiam Iudeis auferretur? Nam id Baronius dicit. Atqui, siwo, id ipsum erant potius docendi. Deinde cur magis inde a Petro periculi, quam a Paulo? Nam & hic Iudeus erat, & gentiliter vnebat. Itaque scandala causa erat, si erat. Tum quoniam, ut maius id periculum esset a facto Petri, quam a Pauli reprehensione, imo increpatione? Ita furor cæci, non enim iam tantum amorem, sed Petrum purgant, si purgant, ut Paulum damnent.

XVII. Sed alij aliter soluunt. Stapletonus, Paulus, inquit, reprehendit Petrum, non quia Petrus maior non erat: sed quia maior quoniam esset, voluit tamen fieri sicut minor, id est, passus est modestissime se a minori fratre argui. Et citat testes: Augustinum de Baptismo contra Donatistas lib. 2. cap. 1. *Apostolus Petrus*, in quo primatus Apostolorum tam excellenti gratia preminet, & posteriori Apostolo Paulo, correptius est. Epistola 19. Est laus insta libertatis in Paulo. Et sancti & humilitatis in Petro. In Commentariis in hunc locum, Firmitas & charitas Petri, cuicunque a Domino dictum est. Amas me? passus es: obiurgatione posterioris pastoris pro salute gratus libentissime sustinuit. Nam erat, qui obiurgatur ipso obiurgat rebus admirabilior & admirandus difficilior. Facilius enim est videre, quod in aliis corrigas, atque id obiurgando corrige, quam videre, quid in te corrigendum sit. libente, quod corrigit vel perte ipsum, medam per alium, ad deponit posteriori. adde coram omnibus. Cyprianum ad Quintum, Nec Petrus, quem primum Dominus elegit, & super quem adiunxit Ecclesiam suam, quem Paulus de circumsione postmodum discepserat, & vindicauit, aut arrigaverit aliquid, vel in solenter assumpsit, ut dicere se primatus teneret, & obtineperari à nouellis & posterioribus oportere.

XVIII. Atqui argumentum nostrum est ex eo quod Paulus fecit; non ex eo quod Petrus passus est. Pati enim possumus, & a maioribus, & ab aequalibus, & a minoribus: itaque saneris dicere nos fit tercere arguere, si sic, Petrus passus est se redargui a Paulo: Ergo Paulus fuit prior equalis. Sed nos profectus Pauli factum resistimus, siue opponentes se Petro. Necesse est enim id eum fecisse aut sibi iure, aut contra officium. Hoc quis ausit dicere illud ergo certum. Quod si iure Petrum Paulus obiurgare potuit: nemo autem Pontificem Oecumenicum: quis usget sequi, non fuisse Petrum, Oecumenicum Pontificem?

XIX. Præterea, illud passus est se argui: dupl. citer intelligi potest, vel sio, ut video reprehensus sit a Paulo, quia passus est, siue, ut idem Sanderus loquitur, quia voluit: ut reprehensionem præcessisse voluntas oportet; quomodo Romanorum Imperatorum quisquam, ei quem magistratum constituebat dixisse fertur. Tu isto gladio in me ipsum vtere, si contra leges quid facio: quibus verbis subiiciebas scilicet magistratui, cui alias ab eius nutu pendendum erat: vel ut censeatur ea voluntas successisse reprehensioni: hoc est, Petrum, postquam videt se ita reprehensum, patientie suæ atque humilitatis documentum dedisse: quem non indignatur. Prior sensus est absurdus, inepitus, alienus: neque ab illo Venerum assertus: haud scio etiam, an a quoipiam recentiorum. Imo contra Ambrosius, Quoniam ceterorum auderet Petro primo Apostolo, cui claves regni celorum Dominus dedit, resistere, nisi alius talis, ut Petrus? Nam si volueret, id est, iussisset, nemo erat vel est postremo ordine, quin non esset ausus: quemadmodum Papæ confessionarius esse potest, etiam quilibet sacerdotalis, dum ab eo delectus. Posterior autem sensus, versus est: & eum Patres in anno habuerunt, cum Petri modestiam laudarunt. Sic autem pari, non inferat majoritatem eius qui patitur: sed animum constantem, & patientem. Nam quis nisi ita subditos quidem semper aequo animo ferre prælatorum censuras? Multo minus aequalis? Priori vero Petrum dici alias docimus, temporis ratione: itemque Paulum, nouellum, & posteriorum.

XX. Bellarmine respondet licere minori reprehendere maiorem, modo res postuleret, & debita reverentia conseruetur. Et citat Cyprianum, quem paulo ante Sanderus. Augustinum Epistola 19. ad Hieronymum, Rarius & sanctius exemplum Petrus posteriori præbuit: quo non designat: enarratur a posterioribus corrigi: quam Paulus, quo confidenter auderent minores maiori: bus pro defendenda veritate, salua caritate resistere. Gregorium, qui Homilia 18. in Ezechiele, Petrum dicit factum esse sequentem minoris sui; nec designari a minori suo reprehendi.

XXI. Atqui, inquam, non queritur simpliciter, utrum Petrus fuerit maior: sed utrum fuerit Oecumenicus pontifex. Nam maiorem si concedunt Papistæ a minori reprehendi posse: certe tamen negant Pontificem Oecumenicum: nisi forte iam tandem post longa tempora suos refutent Canonem: qui tanta verborum pompa negant Papam ab illo mortalium reprehendendum: ne quidem si secundum populos catervatim trahat in gehennam: nullo reliquo loco, ne debita quidem reverentia, quam Bellarmine, non sine causa, opinor, voluit nominata. Sed, quid magnum concessit Bellarmine: licet minori maiorem reprehendere? Atqui non tantum reprehendere, sed auctoritatem Paulus dixit: Dicitur, Bellarmine, licet ac Papæ resistere? Nam sane longe plus est resistere, quam reprehendere.

XXII. Deinde illud ipsum reprehendere, licet ne simpliciter? Imo, inquit, modo res postuleret, & debita reverentia conseueretur. At inquam, ne maiori quidem licet minori reprehendere, si res non postuleret. Itaque nihil magna dicis. Sed reverentiam, quam-nam intelligas, velim a te differtius explicatum. Nam si subiectum testificationem voluisti dicere: quomodo inferiores veniant poscent, culpam deprecantur, audacie crimen amoliarunt, multa artificiosi: præfationibus, eam vero reuertantur. Pauli verba non admittunt: qui se, ut dixi, non simpliciter reprehendere, sed auctoritatem Paulus, resistere, oblistere, sece opponere scripsit. Si est autem reverentia idem cum modestia, & animo charitatis, sinceritatique Christiana.

Tom. II.

næ non oblitio, potest admitti absque illo præjudicio nostri argumenti. Nam & eis paris est in parem. Imo etiam maiorem in minorem. Unde prioris ad Timotheum 5. Seniorem ne increpato: sed hortare ut patrem: iuniores, ut fratres: Anus ut matres: iuuenclulas, ut sorores. Et facile credimus Paulum, eti cum quodam velmentia egerit, quod notat Oecumenicus nominans *to peddoris intrinsecos*, tamen saluam semper voluisse huiusmodi reverentiam. quam melius meo iudicio Augustinus frater nam charitatem vocat significans inter hos duos amorem fuisse, qualiter fraternalis & tripartita qualitas, non reverentiam, qualiter maietas Imperatoris, aut Regis gignit in subditis. Itaque, Glossa inter linearis ad illud, restitu, nota, *Tanquam par.*

XXIII. De Cypriano antea dixi. Hic tantum obseruo, fallit Bellarmine dicens: cere, Cyprianum indicare, Petrum fuisse reprehensum a minore. Nunquam enim hoc tuto Paulum Cyprianus inservit: sed posterior, continuo minor. Ne Augustinus quidem minores dicit, quoniam de Paulo loquitur, sed posteriores. Minores autem dum taxat, quoniam moraliter exemplum applicat, producens longius. Gregorius vix tenuis est legitimis. Etramen dico, Minore esse non tantum, qui officijs gradu sunt inferioris; sed etiam qui donis personalibus: quam in aequalitatem alias tractauit, & docui non facere ad Occumenum pontificatum.

XXIV. Thomas Aquinas in Commentariis ad Galatas, & Eckius in Enchiridio, partes fuisse concedunt Petrum & Paulum: sed distinguunt, Dicendum, (inquit Thomas) quod Apostolus fuit pars Petro in exsequitione autoritatis, non in autoritate regiminis. At Eckius: Paulus reprehendit Petrum, quia attinabat ad distinctionem fideli, hoc est ad officium Apostolatus, in quo erant aequalis: tamen regimine & potestate, Petrus adhuc erat prior.

XXV. At Thomæ verba quodlibet velint, ne ipsi quidem Oedipus forte diuinaret. Executio autoritatis, autoritas regimini. Quid hoc est? Vnam-ne vtrinque; & eandem autoritatem intelligi, an diuersas? Nam si diuersas, quid lectorem dimittit in certum, ut ne sitat quo se verrat, aut quomodo hanc in qualitate rem intelligat, aut quoniam est pertinat: autoritas? Si eandem potius: ergo sensus est, Paulum fuisse parvum eterno in exsequitione autoritatis regimini, non vero in ipsa autoritate regiminis. Quod rursus quis homo capere queat? Aut quis non videt, quam monstruum sit assertere eum esse parem in exsequitione eiusdem autoritatis, qui tamen eandem auctoritatem nunquam habuerit? Est enim, nisi me Grammatica fallit, is par in exsequitione eiusdem auctoritatis; qui omnia exsequitur, aut certe exse qui potest, que sunt eius auctoritatis. Iam igitur si ea omnia Paulus exsequitur est, aut exse qui potest, quæ Petrus ex eius auctoritatis iure, quam possidebat in Ecclesia regenda, qui fieri possit, ut eandem auctoritatem Paulus non habuerit? & si non habuit, ergo contra ius fasq; exsequitus est. Et si contra ius fasq; exsequitus est, tum nullo modo diei potuit pars Petro in exsequitione. Itaque, absurdissimum loquutus est Aquinas. Sed ita solent Sophistæ sepius imitari, ut cum capti sunt à veritate, atraimento monstruosum distinctionis conjecturæ effugere.

XXVI. Iam ad Eckum Primo, quoniam prohibetur, ne Papam reprehendere presumat mortalium quovis, nullus fit exceptio, nisi solius hæc. Seos: quæ nostro exemplo non conuenit: neque enim tum Petrus erat hereticus: sed errabat in opere potius, quam in fide. Ergo hoc saltem habemus. Nullus Papa, errans in opere tantum, potest reprehendi. At Petrus errans in opere tantum, potest reprehendi. Ego Petrus non est Papa. Ad id argumentum neque Eckius respondet: neque alij, Secundo, distinctione Apostolatus, & regiminis, est ineptus: primo, quia regimini Ecclesiastici. Itaque si quoniam æqualitatem hanc historiam significat, & distinguuntur Apostolatus à regimine; ut vult Eckius: tum hanc æqualitas est regimini, potius quam Apostolatus: quod ramus est absurdum. Itaque, illud melius, & Apostolatus, & regimini Petrum Paulum aequaliter regimine, quia Apostolatus.

XXVII. Non desunt, qui etiam recteque argumentum, & ex ipso loco primatum Petri probant. Nam Polus de unitate Ecclesie lib. 2. Hoc quidem, inquit, procul dubio validum est argumentum, si quis ex magnitudinem Petri auctoritatis vellet confirmare. Sed contenus dixisse, nihil amplius explicat. Nos autem eius animi sensus, quos divinare non possumus, cur coniuris in degenemus? Sed Baronius §. 46 ad annum quinquagesimum primum, mirum quid ostentat, unde constet quantipotius pars Apostolorum estimata fuerit auctoritas. Quidigitur? Attende. Quia post acceptas à Concilio Hierosolymitano literas, tum Apostolatus sententia, tum diuinum suffragio consignatas, iis posthabitis, tanti ponderis exemplum Petri esse duxerunt, ut iudicarentur: quædam putarent, potius quam Paulum: etiam Barnabas ipse.

XXVIII. Respondeo, primo non esse certum hanc historiam euangelis post Concilium Hierosolymitanum. Videri posse contra: quia a vix sic vere, similiter, aut non acqueuisse ut irosq; id est, tum Iudeos, tum Gentes, sunt tunc eius Concilij: aut Petrum ipsum ita titulus: sic incertum Iudeos inter & Gentes. Sed enim tum Baronius, tum Salmero, nullo inducuntur argumento, nisi quia Paulus hanc recitat statim post eam prout intitulat divisionem. Et hanc supponunt factum in eo Concilio. At si quis neget aut factam divisionem in Concilio: aut Paulum irosq; se uale ordinem regimini, nihil habent quod dicant. Deinde, ut concedamus, tamen nulla est consequentia. Prætulerunt exemplum Petri, statuto Concilij. Ergo Petri auctoritas: em summam existimat. Tum quia non necesse est comparasse Petrum Concilio: sed simpliciter in templa presentem attendisse, ut si: tum quia non sequitur, ut quoniam exemplum sequimur, eorum auctoritatem maiorem putemus quam reliquorum: sed vel quia eis capit nos inclinatio nostra: vel quia potentius exempla presentia mouent. Denique ex facto perperam agentium, nihil legitime concluditur. Multo etiam contra: Paulus auctoritatem Concilii prætulit exemplo Petri: & recte iudicauit: Ergo Paulus non censuit auctoritatem Petri esse summa: imo vero esse potius infra Concilium.

¶ X. CAP.

sententiam dicit, vel certe proflus non dicit, sed decretum pronunciat,  
Nihil ergo Petrus gesit, quod redoleat tyrannidem Romanam,

## C A P . IV.

Vtrum Petrus exercuerit Oecumenicum  
Pontificatum.

I. Si Petrus accepisset Oecumenicum Pontificatum: ergo eius opera a-  
siliando exseruisset. At nunquam exseruit. Ergo non accepit. Con-  
sequentia patet: quia valde est absurdum, ut is habere dicatur manus ali-  
quod, quo tamē nunquam viat ur: nisi forte aliquis singatur deses, & ne-  
gligens mirum in modum: quem fuisse Petrum, nunquam sibi persuas-  
erit, qui eius *τε τραπέζην*, *και τοις θρησκείαις* obseruarit, cum in Euangelio, cum  
in Actibus: aut saltē in ea tempora incidisse, qua co munere non indi-  
gerent: ut nonnulli reges, nunquam bella gessere: non quod non habe-  
rētius belli gerendi: sed quod aut materia, aut occasio belli nulla esset. At  
hāc exceptio in Petro locum habere non potest: certe enim aut nun-  
quam, aut statim initio Ecclesiae necessitatem, ut suam vim Pontificatus  
ostenderet.

II. Assumptio probatur: quia quae propria sunt Oecumenici Pontifi-  
catus, ea præter Oecumenicum Pontificem nemo gerere potest. At quæ-  
cunque Petrus gesisse ostenditur è Scripturis, aut etiam ex Antiquis Pa-  
tribus, ea quilibet Apostolorum poterat gerere. Ergo, quæ gesit Petrus,  
nō erant propria Oecumenici Pontificatus. Assumptio constabit cuiuslibet,  
percurrenti vitam Petri; & obseruant quæcunque gesisse dicitur, etiam  
apud recentiores qui Paparum vitas scripsierunt. Probatur iterum indu-  
ctione eorum quæ sibi arrogant peculiariter Romani Pontifices. Non fuit  
ab Apostolis reliquis ad eum applicatum. Non imperauit unquam vñli A-  
postolorum Solus nunquam, aut sua autoritate controuertias religionis  
composuit. Non soli sibi arrogauit ius condendarum Ecclesiis legum:  
Non Concilia indixit: nullus habuit sibi casus referuatos, in quibus (ve  
loqui mōst) non potuerint ceteri dispensare. Non iactauit posse ex non  
iure ius facere. Non prævaluit se Imperatori: Noa usurpauit vtrumque gla-  
dium, aut dixit posse auferre, trans ferre regna. Non similia multa, quo  
hodie sibi bipedum superbissimus vendicat Episcopus Romanorum. Ea  
omnia sine verbo, nec facto Petrus unquam sui iuri esse docuit, per-  
spicuum est non gesisse se pro Oecumenico.

III. Et tamen colligunt quidam nonnulla, sed ralia, vt videri possint  
prævaricatores agere in caussi tanti momenti. Eckius in locis communib;  
& Stapletonus, in Relectione Controv. 3. quæst. 1. artic. 3. Gregorius  
de Valentia Analysis libro 7. c. 6. Pronuncianuit, Iudam proditorem Apo-  
stolatu, & Episcopatu suo excidisse, Act. 1. vbi autocitatē pontificiam in  
deponendis Episcopis primus exercet. Dixit ordinationem Matthiæ in  
Apostolū. Defendit omnes Apostolos in die Pentecostes, Act. 2. Omniū  
primus mirabiliter fidem confirmauit in curatione claudi, & quidem co-  
ram Ioanne, Act. 3. Proculis sententiam mortis in Ananiam & Sapphitam  
Act. 5. Simonem magum coercuit, Act. 8. Iussus est Gentes in suam  
potestatem recipere, nūquam dixit Scriptura: ne ipse quidem Petrus,  
cuius id intereat maxime Imo & eam visionem testatur eo pertinere, vt  
neam, ius Gentes crederentur immundæ, alienæ à gratia Dei. Ascendit  
sæ Paulum Hierosolymam vt a Petro solutionem ferret, dixit quidem  
Theodoreus: sed si a solo, contradixit Lucæ disertissimis verbis, qui cum  
testatur ascendisse ad Apostolos & presbyteros. Nemo autem dubitat in  
omnes partes maiorem esse Lucæ, quam Theodoreti autoritatem.

IV. Athēc quædam falsa, omnia inutilia sunt. Quis enim non rideat  
deponendorum Episcoporum auroritatem exercitam in Iuda proditore?  
At Petrus non depositus Iudam. Nec vñllum est vel tenue vestigium, quo id  
significetur: & Iudas iam erat mortuus. Tantūigit narrat Petrus quid  
illo factum sit, & recitat prophetiam, quamiam ante prædictus erat is  
eius scelerati exitus. Et hāc depositione olenit iūlum esse gentes in suā  
potestatem recipere, nūquam dixit Scriptura: ne ipse quidem Petrus,  
cuius id intereat maxime Imo & eam visionem testatur eo pertinere, vt  
neam, ius Gentes crederentur immundæ, alienæ à gratia Dei. Ascendit  
sæ Paulum Hierosolymam vt a Petro solutionem ferret, dixit quidem  
Theodoreus: sed si a solo, contradixit Lucæ disertissimis verbis, qui cum  
testatur ascendisse ad Apostolos & presbyteros. Nemo autem dubitat in  
omnes partes maiorem esse Lucæ, quam Theodoreti autoritatem.

V. Iam vero quid illa omnia ad Oecumenicum pontificatum? Nā E-  
piscoporum depositio non erat solius Petri: quis enim dubitat & potuisse  
ceteros similiter Apostolos ab ouili mercenariis amouere? Imo vero  
quia nō amo ut Petrus, sed a motu diuino iudicio admouuit, cuius ho-  
minis non est, ne dicā Episcopi, diuinorū iudiciorū in impiis plebem suā  
admonere? & denique, quis nescit, nō solius Romani eas partes olim fui-  
sse, scilicet deponendorum Episcoporum? Nam etiam Synodi partcularis  
ea autoritate sunt vñl. Dixit ordinationem Matthiæ, Imo, non di-  
rexit; sed proposuit: Discipuli assensi sunt; atque ita gestum negotium.  
Tum quis nescit, non directionem, sed autoritatem electionis: imo ve-  
ro non electionis, id est *τρόπον*: sed consecrationis, id est, *τρόπον* pri-  
matum indicate si quid indicare potest? Quanquam ne manus quidē im-  
posita dicuntur ab Apostolis: sed sortes iacta. Quod deinceps nunquam  
factum: nimis quia de Apostolo agebatur, non Episcopo.

VI. Defendit Apostolos. At quomodo: Potestate, an oratione? Illud  
falsum: hoc vero inutile: non enim quisquis pro aliis orat, ei orum est ea.  
put Primus curauit claudum. Imo solus, quod quidē sciamus è Scripturis:  
sed id nihil ad rem, vt alias docuimus. De Anania & Sapphitam, nihil  
aut nouū: sed ea potestas Apostolica erat, non Oecumenica: quo-  
modo cum Paulus Elym excaecauit: & Ioannes Cerinthum extinxit in  
balneo. Simon magus coercitus, quid plus habet, quam Elymas increpa-  
tus? ergo rursus, opus fuit Apostolicum.

VII. Gentes suscepit: primus, an solus? si primus, nulla vis argumenti:  
si solus, mendacium: nam Paulus suscepit, & alii. Postulatur a Petro solu-  
tio. At quicunque dubitantibus consulit, non est statim Oecumenicus:  
tum neque à solo Petro postulatur. Primus si lententiam dixit, et si non  
videretur, certe non necessario concluditur, ex Luca: sed si primus dixit, que  
tanta ea autoritas est, vt inde evincatur fuisse Oecumenicus? Atqui in  
Concilii, aut semper, aut fere semper, qui præsidet postremus omnium

## C A P . V.

## De Cypriano &amp; Hieronymo.

I. Nunc Patrum testimonia audiamus. Cyprianus de unitate Ecclesie,  
Hoc erant utique & ceteri Apostoli, quod Petrus, pari consilio prædis-  
& honoris, & potestatis. Vbi animaduertenda Cypriani diligens curiositas.  
Multum dixit, cum afferuit idem fuisse ceteros Apostolos, quod fuit Pe-  
trus: & hæc verba disertissime & qualitatem significabant. Sed non conti-  
tus eo, addit p. mo, *consortium*: & quia potest etiam aliquando consor-  
tum species esse inter impares, expedit par consilium: ut ne reliquias  
intelligas sublastere in gradu aliquo inferiori. Denique quia in te illam  
constitueret parilitatem, testatum voluit, quoniam honorem nominavit, &  
potestatem: quibus quid amplius quisquam querat in Petro? Rursus idem  
Cyprianus ibidem *Apostolis omnibus post resurrectionem suam*. Christus, pa-  
rem potestatem tribuit.

II. Locus est tum momento magnus, tum perspicuitate disertissimus.  
Itaque non est quod quisquam querat, vtrum negletus fuerit ab adver-  
sariis. Nullum enim artificium est, non adhibitum, si non eleuando, certe  
obscurando. Primo, Pamelius contextum vellicat. Non est, inquit, quod  
pro se istud torqueant aduersarij contra Petri primatū: præsertim si iuxta  
Manutium legatur, ad quem quam proxime accedit Cambrensis Co-  
dex. Ea autem lectio cum aliis modis varia est, tum ita habet, *Hoc erant,*  
& *ceteri quod Petrus, sed primatus Petro datur, ut una Ecclesia, & cathedra*  
*una monstraretur.*

III. Enimvero facilis, & ad compendium expedita solutio. Quid non  
enim cōmode diluas, si radas? Tum vero nos sic infinitis è locis nos expe-  
dierimus, sed vafritem vide. Primo, vnum aut alterum codicē habet, quæ  
sequatur, vnum Manutij, alterum Cambrensem, præterea nullū. Et tam-  
en solent Criticorum peritissimi præferre plures codices paucioribus, si  
nulla contra cogitatio, aut necessitas: at iste vellet pauciores pluribus  
opponi: nulla significata ratione, sed dūrata ex mero caussa præjudicio.  
quo etiam factum, ut nō tantum libenter illud admiserit, *Primatus Petro*  
*datur*, non male meo iudicio, et si pluribus refragantibus codicibus: sed  
etiam ista, *Qui Cathedra Petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit: quæ*  
*merum glosteina redolent, & in quibusdam editionibus non leguntur.* Sed nos, quod isti homines sibi permittrunt, haud æquum est pati. Deinde: non est, inquit, quod pro se torqueant: præsertim si ita legatur. Di-  
ceres habere aliquid magni momenti, quod dicaret in explicacionem e-  
ius loci, cui pollea subseruiret varia illa lectio. Sed id quantius fuerit  
momenti, siuit vanescere in auras, nullo reliquo vestigio. Ergo, nos alibi  
queramus.

IV. Agricola de primatu S. Petri. c. 3. argutatur ab absurdo. Si primatu  
habuit inter Apostolos Petrus; ergo, omnino & in omnibus patet  
non fuerunt Apostoli. At primatum habuit: teste eodem Cypriano eodem  
loco. Respōdeo, Primatum intelligi, vel de tempore, ut suam dignitatem  
Petrus obtinuisse dicitur antequam reliqui suā: vel de quantitate digni-  
tatis: ut maiorem habuisse quis patet dignitatem, quam reliqui habue-  
rint. Priori sensu negatur consequentia. Quemadmodum enim nihil  
prohibet, quoniam qui Linus successit Clemens & honoris & potestatis  
consilio perficiat Linus: et si Linus primatum obtinuerit: sic nihil est ab  
surdum, si dicamus reliquias post Petrum à Christo vocatos ad Apostolicum  
minus, patres fuisse Petro. Sin autem sumatur alter sensus negatur assu-  
ptio: qua de realia actum.

V. Ioannes Hayus Disputat. libro 1. & Bozius de Signis Ecclesie libr.  
18. c. 1. & ante eos Turrianus de Ecclesia & ordinationibus, lib. 1. c. 9. syllaba  
bas acupantur. Intelligendum est (inquit Hayus) ante institutum à Do-  
mino Ecclesie principatum. Omnes enim erant Apostoli: at vbi à Domi-  
no creatus fuit D. Petrus Ecclesie vniuersæ princeps, & pastor, fieri non  
potuit, ut ceteri Apostoli essent illi omni honore & potestate patres. Bo-  
zius securius, Manifestissime Cyprianum esse aduersus nos. Inquit enim  
Petrum fuisse quod ceteri Apostoli: sed aperte dicit eodem loco idem,  
non est amplius, ex quo dictum est illi, *Pascere oves mens: ex eo namq; non*  
*est pari honore, ac potestate: sed ab ipso uno habet vnam originem potes-*  
*tas & honor aliorum.*

VI. Sed in his multa peccantur. Primo Bozius manifesto ementitur  
verba Cypriani, quæ nulla sunt. Vbi enim dixit non esse amplius ceteros  
Apostolos patres Petro? Atqui (inquit) ex quo illi dictū est, *Pascere oves mens:*  
non fuit pari honore, ac potestate. At, inquit, hoc glosteina est Bozij: non  
manifestum dictum Cypriani: qui vult in eo ipso pascendarum ouium  
munere patres fuisse Petro reliquias: tantum Petru primatum fuisse datum,  
videlicet temporis, ut sœpe dictum.

VII. Secundo, itur contra Cypriani mentem, qui diserte post resur-  
rectionem dicit reliquis esse datam patrem potestatem cum Petro: nempe  
quoniam eis dictum, *Sicut misit me Pater, & ego mitti vos.* At primatum Petri  
arcetit ab iis verbis, *Tu es Petrus.* Quid nūc obscuri esse potest? Primatus  
in eo consistit, quod Petro suum munus mandatum est, ante resurrectionem  
reliquis veropost. At & equalitas in eo quod post resurrectionem reli-  
quias Apostolis idem honor, eadem potestas concessa sit, quæ Petrus ha-  
buerat ante resurrectionem. Itaq; perperam fuit sic intelligitur, quasi di-  
ctum esset, ante resurrectionem Petrum non habuisse primatum, sed fuisse  
tantū Apostolum: at post resurrectionem, factus quidem esse reliquias A-  
postolos, at Petro additum primatum. Hoc vero alicuiusmodi est à Cypri-  
ano commentum. Itaque & quidam codices legunt: *Hoc erant ceteri, quod*  
*Petrus: non quod fuit Petrus.*

VIII. Et tamen etiam legatur: quis non videt sic loqui potuisse  
Cyprianum, vt se diu post Petrum vixisse cogitaret? Nam & erant, quis ne-  
scit esse profuerunt? Quemadmodum dicere possum: Hoc erat Clemens,  
quod fuit Linus. Nimis quia vterque iam pridem desit id esse.

IX. Tertio, illud, à Petro uno haber vnam originem potestas & honor aliorū,  
est prætermētē Cypriani: qui potius dixit, *Vnitas eiusdem originis ab uno*  
*incipit.*

incipientem: & post: Exordium ab unitate proficitur, originem, & exordium appellans ratione temporis: quomodo dicere postumus Consules Romani originem habuisse à Bruto: Imperatores à Iulio: Reges à Romulo: quia in iis primis ea potestas fuit instituta, non quod eam illi reliquis sic communicarint, vt ab iis successores penderent: quomodo officiariorum originem dicat quis, quamquam *anvporōjōs*, esse in Rege, à quo & creantur & pendent, & tamen nunquam eo sensu quis dicat, officiariorum exordium esse à rege. Ergo sensus est Cypriani, Exordium honoris & autoritatis praetorum Ecclesie, habuisse aliquod initium: & id initium ab uno, non ve: à pluribus: quo facto significata fuit unitas Ecclesie.

X. Iam reliqui ludunt variis distinctionibus Bellarmius lib. 1. ca. 12. faciunt, Apostolos fuisse pares, in Apostolica potestate, & habuisse in populos Christianos eandem omnino autoritatem: sed non fuisse pares inter se, teste Leone epistola 84. Inter beatissimos Apostolos, in similitudine honoris fuit quadam discrecio potestatis: & quum omnium pars esset electio, unitamen datum est, ut ceteris praeminaret. Costerus Enchiridii cap. 3. similiter, sed discrecius. Hoc de illa intelligentia potestate, qua in alios omnes vt-bantur: non autē de illa, qua in reliquos Apostolos: in quos solus Petrus autoritatem accepit, atq; in Ecclesiā uniuersam officium pastoris ordinariū.

XI. Sed primo, male conferitur Leo Cypriano: sunt enim loci non similes, sed contraria. Nam, cum Cyprianus agnoscat par consilium, hoc est, & qualitatem non honoris tantum, sed etiam potestatis: Leo tantum honoris similitudinem: potestatis vero discrecionem, id est, inaequalitatem. Non igitur aut interpretatur, aut quasi interpretatur Cyprianum Leo, sed potius corrumpt. Nos vero non quid Leo dixerit homo ambitiosus, sed quid Cyprianus Leone & antiquior & modestior, dixerit, & quærimus, & curamus.

XII. Secundo cluditur, non soluitur argumentum. Nam etsi detur, non fuisse inter se pares Apostolos, non tamen satisfit Cypriano. Hæc enim disparitas, personarum erit non munus, quam iam ante concessimus, & declarauimus: sed ea nihil ad hanc rem. Quemadmodum enim fieri potest, vt is præcellat munus gradu, qui tamen inferior sit personali dignitate: quo sensu Augustinus modestus olim dixit, & lepidus, *Esi Episcopus maior est presbytero, tamen Hieronymus maior est Augustino: sic non est necesse, ut qui personali dignitate ceteris præminet, sit etiam in celiore positus munus gradu.*

XIII. Tertio, quid illud est, Apostolos fuisse inter se pares Apostolica potestate? Quasi aliqua alia fuerit. secundum quam Petro fuerint impares. Id autem, qui potest? Nam Apostolatus summus gradus fuit in Ecclesia: teste Apostolo prioris, ad Corinthios 12. At, si hoc summum gradum pares fuerint nullus alius gradus dari potest, unde impares dici queant. Ratio est, quia si summus est, reliquos omnes operari esse inferiores. Et sane ei dicitur: (inquit Chrysostomus in eum locum) *nisi tu in sanctis eiusmodi dignitate, omnia dona in se habebant.* Quemadmodum igitur Rex regi pars est regia maiestate: nec propterea alter magis, si vt sunt nonnulli) præter ea, etiam Ducatus, & Marchionatus habeant: sic & Apostolus Apostolo patet, et si ad autoritatem Apostolicam accederet, vel Episcopatus, vel Diaconatus. Ut sane veterum nemo est qui Iacobum prætulerit Paulo, ob Episcopatum Hierosolymitanum.

XIV. Quarto, si omnes Apostoli in populos Christianos potestatem habuerint, ergo Petrus non fuit Oecumenicus Pontifex. Ratio, quia Papa fere non potest, vt quisquam secum summam habeat in populos autoritatē. Tum fieri non potest, vt qui Apostolico munere pares erant illi, & eandem cum eo autoritatem haberent in populos, essent ei subiecti.

XV. Denique, fieri nequit, vt subiectus & qualis habeat potestatē cum eo cuius subiectus est, in eos populos, qui etiā eidem subiecti sunt. Exempli gratia, vt qui Dux est in Gallia, cōdem, iure utratur cum rege Galliae. Nam fieri quidem potest vt extra eos limites eandem autoritatem obtineat: quæ admodum olim Rex Hispaniarum ob Belgiam Galliam Regi Gallæ subiciebat, qui tamen in Hispania & quæ rex erat. Hic vero nulla datur eiusmodi exceptio. Nam si in populi in quos, puta Paulus, & qualis autoritatē possidebat cum Petro, fuisse non subiectus Petru, tum Petrus non fuisse Oecumenicus Pontifex. Itaque Bellarmius absurdissime loquitur.

XVI. Sanderus cap. 4 lib. 6. Hoc fuerunt ceteri Apostoli in exercitio autoritatis Apostolica erga ceteras oues, quod fuit & Petrus, pariq; consilio honoris & potestatis præditisunt, erga quoscunq; alios fideles in uniuerso mundo. Sed Cyprianus declarat, se non intellexisse, qd in origine potestatis æquales Petro fuerint. Nam exordium proficiuntur ut unitate: unitatem vero non aliam esse, quam Petrum. Necesse autem est, vt exordium, & fundamentum, & qui primus est electus, ceteris qui postea idem ius accipiunt, saltem ratione primatus & originis anteponatur.

XVII. At hæc distinctione aquæ est absurdæ. Nam primum membrum iisdem vitiis laborat, quæ iam obseruauimus in Bellarmino. Certe Oecumenico suo nullum Papistæ & quare patarentur in exercitio ciuidem autoritatis: imo reliquos ab eo in partem sollicitudinis non putet alios dicere: atque adeo id olim ægre fuit Rom. Pontifici, quod decretum fuit Constantiopolitanum sic secundum à Romano numerati, vt tamen in Ecclesiastis negotiis æquas cum Romano prærogatiwas haberet.

XVIII. Ad alterum quod atrinet: Originem & exordium distinguo, alias, vel ratione temporis, quomodo consulū à Bruto, Imperatorū à Iulio vel autoritatis: quomodo in Republica Maiestas est origo Magistratuum, qui omnes ab ea suam autoritatem mutuantur. Illo sensu, Cyprianum docimū exordium nominare: hoc non item: & sane Petru dicit originem Apostolatus, quia ab eo penderet ceterorum Apostolorū autoritas, sicut Rex Magistratuum, qui ab eo inserviuntur & destiuentur, ceteris: autoritate dituntur, quis asserat? Nā, nec Petrus ceteros instituit, sed Christus: nec nullum destituit, aut destituere potuit: nec eius nomine reliqui fungebantur officio: sed Christi: vt Paulus testatur 2. ad Corinthios 5. *Nomine Christi legatione fungimur.* Nec Petru autoritate nitebatur, sed Christi. Nunquā dictum, *Qui vos spernit, Petru spernit: sed de se Christus.* Qui vos spernit, me spernit. Deniq; hæc originis interpretatio poneret contrarium in obiecto: nec enim vel cogitatione concipi potest, eum, qui sic est origo, parem esse in exercitio autoritatis, cum iis qui oriuntur ab eo. Imo

contra vulgo dicunt: vbi maior est, minor cessat.

XIX. Sed enim fatemur, eum qui primus institutus est, ratione primatus reliquis pæferri. Sed id cuiusmodi sit, non consideravit Sanderus. Nam primum sensus est, eum, qui sic primus est, tantum ordine primum censei: & comiter ab aliis in honore habeti: quomodo exempli gratia, in Gallia notant histórici Parisiensis Parlamentum, omnium esse antiquissimum: cui reliqui superinducti sunt, sic vt Tholosanum, in suæ iurisdictio- nis terminis, proorsus æqualem possideat auctoritatem, nec in iis vñllum ius sit Parisiensis, quemadmodum, neque Tholosano in terminos Parisiensis. Tantum honoris gratia Parisiensis primum dicitur, tum cetera suo ordine. Quomodo etiam Concilia, quum Romano & Constantinopolitanis suum ordinem assignarent, ratio non sensu à nitescit, sed P. M. à jura m. Ipso, æqualem dignitatis prærogatiua tribuerunt Constantinopolitanis, sic tamē vt secundus esset. Quia totidē verbis legas in Calcedonēsi, & Trullensi Synodo de quibus alias. Itaque, hac ratione, nulla esset Petrus in Paulum potestas, vt neque Paulo in Petrum. Quorū igitur illa tam vehementer disputata, Petrus commendatas esse oues, agnos? Omnes omnino oues Christi: inter quas cū essent & reliqui Apostoli: ergo & hos Petrus fuisse commissos? nam hæc simul stare non possunt. Non potest, inquam, fieri, vt Petrus, tanquam oues, commissi fuerint apostoli: & nullam, nisi primatus, prærogatiua Petrus in eos habuerit. Præterea est primatus est personalis. Non enim, vt Petrus, sic Clemens ante omnes Apostolos, aut etiam ante omnes Episcopos creatus est. Itaque, nō vt Petrus reliquis Apostolis: sic Clemens, aut Apostolis, aut reliquis Episcopis, hoc nomine praefendens erat.

XX. Stapletonus in Principiis libro 6.c.7. tripli vtitur distinctione. primo personarum & successionis. Quia ipsius Apostolatus non erat successio, parem potestatē habebant quatenus Apostoli, in propriis personis, nō tamen ad alios deriuandā. Nā quatenus Apostoli, legati erant cū plena potestate ad inchoandam Ecclesiā singulari priuilegio, & extra ordinem: & in hoc erant petro æquales, tanquā Apostolo. Sed alia fuit in illis potestas, scilicet Episcopalis, & iurisdictionis specialis, quæ vnicuique ibi propria fuit, vt sedem fixit: & hoc respectu Petro inferiores erant. Ideo Andream, Iacobum, Ioannem, vocat Gregorius Magnus, singulari plebium capita, & sub uno capite Petro omnes membra Ecclesie: Registri libro 4. Epistola 38. Secundo: Omnes Apostoli habebant: parem potestatē, quo id amplitudinem rerum gerendarum: sed non quoad superioritatem in ordine gerendi id est, plenissimam singuli Apostoli habebant, & supremam potestatē respectu aliorum omnium Christi anorū, non autem respectu ad se in vicem: quia videlicet Petrus, sic ceteri erat omnium Christianorum, vt etiam Apostolorum. Tertio Petro data est potestas præceptiva, sed a regimini, Apostolis autem tantum executiva, seu gubernationis: id est, etsi ceteri Apostoli immediate à Christo parem habērent potestatē & honorem cum Petro, scilicet omnia faciēdi, & exsequendi, quæ ad ædificandam Ecclesiā pertinebant, tamen soli petro sic ista plena potestas data est, vt in ipsa gubernatione Ecclesiastica ipse præscriberet ea, quæ agenda, & exequitioni mandanda essent, idcoque omnis ab illo gubernandi potestas ad alios descendet.

XXI. Sed hæc non sunt ceteris solidiora. Nam in prima distinctione, ea potestas iurisdictionis specialis, maior esse non potuit. Apostolatus illo extraordinatio: nam Apostolatus potestas erat summa, & primum locum obtinens, habensque iuste omnia charismata, vt loquitur Chrysostomus. Fuit ergo, aut æqualis, aut minor. Vtrum liberauerit, nihil ad Oecumenicum. Nam Oecumenico oportuit coſmisſos Apostolos tanquā oues quod non potuit nisi majori. Deinde, si æqualis est, tum certe nulla parte Apostoli inferiores erunt: nam, si duo tantum considerantur, & vtrique pares erant, nulla iam potest inæqualitas reperiri. Iam, si minor: etiam si concederemus minores Petro fuisse Apostolos quatenus Episcopos: tamen, si æquales fuerint quatenus Apostoli, & Apostolatus fuit superior illa iurisdictione Episcopali, sequitur: Apostolo Iacobō non nus subesse Episcopum Petrum, quam Apostolo Petru Iacobum Episcopum.

XXII. Quod vero ex Gregorio Stapletonus adducit, longe alio spestat. Gregorij mentem vt peruerteret, Petri nomen Gregorij verbis dolose inseruit. Vbi enim legimus etiam in editione Vaticana 1591. l. 4. ep. 38. sub uno capite omnes membra, ille, pro sua autoritate, sub uno capite PETRO. omnes membra: quo, quid impudentius? Verum, si tota epistolæ series, si confitum, si grauissime aduersus Ioannem Constantinop. superbiam sententia expendum, constabit Gregorij propositum Thomæ cum arguento, tum assumpto, ē diametro repugnare. Nam, quid agebat Gregorius? quid oppugnabat? Oecumenici nomen, quod sibi Ioannes arrogaverat. Quia ratione? Hac presumptione temeraria pacem totius turbari Ecclesiā. & 2. gratis contradic̄ communiter omnibus offusa. 3. Paulum, cum audiret quodam dicere, Ego sum Pauli, ego Cepha, hanc dilacerationem corporis Domini, per quam membras eius aliis se quodammodo capitibus consociabant, perhorrisse. 4. Membra Domini corporis certis extra Christum quasi capitibus, & ipsis quidem Apostolis subiecti particulariter euitasse. 5. Quid Christo uniuersali. Ecclesia capitii in extremi iudicij examine dicturum, qui cuncta sibi eius membra conaretur uniuersali appellations supponere? Hæc cīne sūt afferentes, omnes, etiā Apostolos, sub petro Capite esse membra: qui Pauli verba de Cepha referat, nedum vt Petru excipiat. Addit, Lucifer exemplo se supradubes, 1. Episcopos, illum offerre, & eos sub hoc nomine usurpatō premere. Denique ad Petrum descendens, Certe Petrus primum, (alij ex manu, primus) membrū sancti & uniuersali Ecclesiā est. Paulus, Andreas, Iacobus, Ioannes, s. quid aliud quam singularium sunt plumbum capitū? Etiam sub uno capite omnes membra sunt Ecclesia.

XXIII. Petrus membrum distincte, non omnium Caput, vocatur, & tam illi, qui primus, quā alii, sub uno omnes capite, quod Christū esse, de quo supra, ipsi ceteri animaduertant: sed ep. 36. exprefit Gr. Gorius, Omnia quae soli unicū capiti coherent, videlicet CHRISTO, per elationem p̄mpatici sermonis, eiusdem Christi sibi studiat membra subiungare. Imo ep. 32. ad Mauritium Augustum Petrum, etiā Curam ei totius Ecclesiā, & principatus commissam dicit, tamen uniuersalem Apostolum vocatum negat.

XXIV. Setunda & tertia distinctione cum Bellarmi sophistimate coincidentur,